

Die die  
2. Julii  
1790  
anno XVI.

DCCCXI.

Imminutio denominationis oppidi Montechii, illiusque restitutio in civitatem Trejam nuncupandam cum opportunis decorationibus, et privilegiis, et concessione fori ecclesiastici.

Pius episcopus  
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. **E**nixum animi Nostri studium, quo christianæ reipublicæ prospicere satagimus, a Nobis efflagitat, ut detrimenta subditis populis a varia temporum vicissitudine allata reparentur, ipsisque pristinum decus, et ornamentum, quantum fieri potest, restituatur.

Origo civitatis.

§. 2. Nuper quidem a dilectis filiis communitate, et hominibus oppidi Nostri Montechii hactenus denominati, ad Nos delatum fuit, post eversam vetustam civitatem, cui nomen Treja, olim Romanorum municipium, oppidum illud supra proximum, imminentemque montem, quo Trejenses profugi cives sese receperant, jamdudum extructum, bis mille passuum ambitu contineri, et adeo, sive incolarum frequentia, sive ædificiorum forma, sive prærogativis auctum, et ornatum, ut inter magis conspicua Picenæ provinciæ oppida merito censeatur.

Territorii descriptio, et loci insignitas.

§. 3. Etenim territorium ejus amplissimum sex complectitur castra: ager, soli favente ubertate, et colonorum assida cura, omni frugum genere abundat: oppidi habitatores usque ad septem mille numerantur: ædes quamplures elegantis sunt structuræ, præsertim illæ, quæ magistratui assignatæ sunt, ubi communitatis habentur conventus. Præcipue vero oppidi decorem auget insignis collegiata ecclesia sub titulo Annuntiationis beatæ Mariæ virginis, et sancti Joannis Baptistæ ante duodecimum vulgari æræ sæculum, ut fertur, inibi instituta, in qua et diœcesana synodus anno millesimo septingentesimo vicesimo sexto habita fuit, et præter archipresbyteri dignitatem, quatuordecim canonici mozzetta violacei coloris, et rocchetto exornati, quos inter unus pœnitentiarii, alter theologi mœdera expleat, nec non aliqui mansionarii, et sacellarii, assidue divino cultui incumbunt. Tres in oppido, et quatuordecim agro sunt parochiales ec-

clesiæ, quarum rectores animarum curam exercent. Quatuor in illo numerantur regulares domus, et alia presbyterorum congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii, ac duo monialium monasteria. Præter autem hospitalia pro infirmis, projectis, et peregrinis, et sacram ædem montis Pietatis, et alias frumentarias in pauperum levamen, nuper domus correctionis adolescentum designata fuit. Nec desunt variæ laicorum sodalitates multifarie ad pia opera exercenda canonice institutæ.

§. 4. Hisce accedunt, quæ ad efformandam juventutem, et populi valetudinem servandam opportune sunt ordinata: quoniam dudum publicæ literarum gymnasia, et quatuor cathedræ, e quibus superiores traduntur scientiæ, cunctis patent. Duo propterea sunt medicinæ professores, totidem chirurgiæ: artium quoque vigent universitates, et officia telarum ex lino, et gossipio a Nobis per literas apostolicas diei xv septembris millesimo septingentesimo octogesimo primo, erecta.

§. 5. Anno demum millesimo septingentesimo septuagesimo octavo in quadam æde ad id selecta, bibliotheca, et museo rerum naturalium instructa, agriculturæ, et commercii societas, cui etiam viri ultra montes degentes nomen dedere, fuit constituta. Magistratui, confalonario nimirum, et prioribus, qui durante munere, habitum distinctum honoris ergo deferunt, jurisdictio competit in causis de damno dato, et privativa inspectio super abundantia rerum ad victum spectantium. Ex eo demum oppido priscis temporibus ortum duxere aliqui illustres viri, cum sanctitate celebres, tum literarum, et armorum laude præstantes, tum de apostolica Sede, ob munera in ejus servitium exercita, optime meriti.

§. 6. Quare tot titulis ornatum, et præstans oppidum omni ætate prædecessores Nostri Romani pontifices, nec non in Picena provincia apostolici legati singulari benevolentia prosequuti sunt. Recenter vero fel. rec. Clemens pp. XII. etiam prædecessor Noster per suas apostolicas literas in forma Brevis sub datum iii decembris millesimo septingentesimo trigesimo nono, incipientes. *In sublimi* super approbatione novæ methodi pro publico oppidi regimine, oppidi ejusdem privilegia recensuit.

§. 7. Quoad ecclesiasticum tamen regimen, et jurisdictionis episcopalis exercitium ad archiepiscopum con-

Idem ut supra

Idem ut supra

Privilegia oppido concessa.

merinensem pertinet, in cujus diocesi situm est oppidum. Cum vero illud a Camerino ultra vicesimum distet miliarium, et montes Apennini nuncupati medii sint; iter propterea, mitiori etiam anni tempore asperum, et abruptum, sæviante autem hyeme, prorsus impervium, itaut ad archiepiscopalem curiam, vel difficilis, vel nullus pateat accessus; hinc manifesto compertum est, quamplurimas inordinationes, et incommoda obvenire, et præsertim in his, quæ promptum requirunt, remedium, diutius quam par est, justitiæ, et providentiæ differtur administratio. Quare eadem communitas, et incolæ submisit Nobis postularant, ut illius oppidi honoris augmento, et ecclesiastico etiam regimini consulere dignaremur.

Oppidum denominari Trejanum jubetur.

§. 8. Nos igitur, qui subditis Nostris assiduas benevolentie significationes tribuere nunquam omisimus, idque libentius præstitimus, quod in eam spem adducti sumus, fore, ut quo majora illis beneficia elargiremur, eo ipsi in Deum pietate, fidelitate, publicæque utilitatis studio præstantiores evadant; eorum votis obsecundare, unaque promptiori ecclesiasticæ potestatis exercitio consulere volentes, audito venerabili fratre Nostro archiepiscopo Cameriniensi supplicationibus hujusmodi benigne indulgentes, ac etiam motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ipsos exponentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, et pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes; in primis oppidi Montechii denominationem huc usque habitam perpetuis futuris temporibus prorsus tollimus, et delemus, atque illud deinceps ad omnes juris, vel facti effectus Trejam denominari debere suprema auctoritate Nostra decernimus, et statuimus.

Gradus, et honor civitatis eidem conceditur.

§. 9. Porro idem oppidum, Trejam ut præferatur denominandum, ad primævum civitatis gradum, et honorem cum omnibus, et singulis privilegiis, iudicis, præminentis, gratiis, immunitatibusque suis restitimus, et in antiquum, in quo erat statum, et denominationem denuo ponimus, et lenarè reintegramus; quatenus autem sit, illud in civitatem perpetuo

pariter erigimus, et confirmamus, eique civitatis titulum, et denominationem, cum omnibus honoribus, jurebus, prærogativis, et decorationibus, quæ cæteris omnibus ditionis Nostræ pontificiæ civitatibus competere dignoscuntur, tribuimus, et impertimur; incolas vero civium nomine, et titulo decoramus: nec non magistratui consuetis honoribus, et insigniis, quibus aliarum ejusdem ditionis civitatum magistratus, de jure, usu, et consuetudine gaudere, seu uti possunt, pariformiter, et absque ulla differentia gaudere, potiri, et uti posse, et debere, concedimus, et indulgemus.

§. 10. Per hæc autem, quemadmodum in temporali gubernio nihil prorsus immutari, et nullum ordinariæ archiepiscopalis ecclesiæ Cameriniensis jurisdictioni præjudicium inferri intendimus; ita eundem, et pro tempore existentem archiepiscopum ab omni in civitate Trejensi residendi onere, et obligatione penitus exemptum esse, et fore declaramus.

Omnia sine præjudicio jurisdictionis ecclesiæ Cameriniensis.

§. 11. Verum ut incommoda tollantur, quæ in spirituali gubernio evenire hætenus consueverunt, ob maximam civitatis Trejæ a Cameriniensi civitate distantiam, vicariam foraneam per ipsum archiepiscopum in nova civitate semper deputari, et retineri volumus, atque ad hoc munus eligi presbyterum, vel saltem clericum, sæcularem, probum, et idoneum, ac doctorali laurea in utroque jure insignitum in aliqua universitate: cui quidem vicario foraneo sequentes has in perpetuum tribuimus facultates, nimirum ut causas civiles omnes ad forum ecclesiasticum pertinentes, quæ valorem scutorum centum non excedant, cognoscere, et designare, et definire possit, salva tamen semper appellatione in secunda instantia ad curiam archiepiscopalem Camerinensem, sive ad sanctam Sedem apostolicam: criminales item causas minores, in quibus pœna corporis afflictiva locum non habeat, eodem modo cognoscere, et definire possit; in aliis autem majoribus possit tantummodo querelas excipere, processus conficere, atque etiam, si periculum in mora sit, ad inquisiti capturam procedere, ita tamen, ut de his certiore faciat archiepiscopalem curiam Camerinensem, ejusque mandata statim exquatur. Possit præterea excipere examen testium super statu libero personarum, itemque examen, et juramentum suppletorium eandem per-

Concessio vicarii foranei, cum speciali jurisdictione.

sonarum, quæ ad illud admittantur auctoritate sacræ congregationis sancti Officii, deinde vero acta hujusmodi transmittentur ad eandem curiam archiepiscopalem. Liceat vero Camerinensi archiepiscopo pro tempore existenti ampliores etiam tribuere facultates, quotiescumque ei ita expedire videatur. Deputandus pariter ab eodem archiepiscopo, et retinendus erit semper notarius foraneus, a quo memorata acta omnia conficiantur, atque seruentur.

Honorarium pro vicario, et notario præstatur.

§. 12. Quia vero fieri potest, ut inter Trejenses cives pro tempore existens archiepiscopus idoneas non inveniatur personas, quibus vicarii, et notarii munera recte committere possit, proindeque personas exteras ad ea seligere debeat cum certo congruo honorario; mandamus propterea, ut honoraria hujusmodi persolvantur a civitatis communitate in hunc modum, nempe menstrua scuta decem vicario, notario autem menstrua scuta quinque, quotiescumque eos exteros eligi, et retineri contigerit: eidem præterea vicario parari volumus a communitate, ac semper manuteneri congruam, decentemque habitationem gratuito præstandam in eodem palatio, in quo commoratur ipse archiepiscopus, occasione sui adventus ad civitatem, cui semper reservatæ sint mansiones pro sua, et familiarium habitatione, et commodo hactenus destinatæ. Alteram insuper mansionem eodem loco, et modo præstari volumus notario foraneo, qui in eadem tanquam in cancellaria residere debeat, omniaque memorata acta diligenter custodire. Quod si fortasse eo loco, salva solita habitatione archiepiscopi, hæc fieri non possent, alia loca a communitate parentur, et fiant iudicio ejusdem archiepiscopi. Ne autem ex his ullum obveniat detrimentum curiæ, et cancellariæ archiepiscopali Camerinensi, ejusque ministris, quibus juxta ipsius archiepiscopi relationem admittitur hoc pacto annuum emolumentum scutorum quadraginta circiter, mandamus, ut ipsa communitas teneatur quotannis persolvere pro tempore existenti archiepiscopo Camerinensi memoratam summam scutorum quadraginta in duabus ratis, singulis semestribus ratam pensitando.

Omne juris remedium tollitur, ne executio harum literarum retardetur.

§. 13. Præsentibus autem literas, et in eis contenta etiam ex eo, quod quicumque interesse habentes, seu habere prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ propter quas præ-

Bull. Rom. Tom. VIII.

sentibus emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint, aut ex alia quavis causa quantumvis legitima, et privilegiata, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ; aut interesse habentium consensus, alioque quolibet, etiam quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu notari, impuguari, infringi, retractari, in jus; vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, concessio in iudicio, et extra illud vii, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentibus literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerarium, aliosque cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, et alios quoscumque quavis præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et defini debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari harum quoque serie decernimus.

§. 14. Non obstantibus contrariis quibuscumque, etiam quibusvis apostolicis, et in synodalibus præfatæ ecclesiæ archiepiscopalis Camerinensis constitutionibus, et ordinationibus, ac ejusdem ecclesiæ, et civitatis Camerinensis, ac ipsius civitatis Trejæ, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis personis, et locis, sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis in genere, vel in specie, aut alias in con-

Derogatio contrariorum.

trarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, et forma in illis tradita observata præsentibus exprimerentur, et insererentur, pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permauris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poe-  
nalis.

§. 15. Nulli ergo hominum liceat paginam hanc Nostræ absolutionis, erectionis, restitutionis, reintegrationis, concessionis, indulti, voluntatis, mandati, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum eius, se noverit incursuram. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo nonagesimo, sexto nonas julii, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXII

Dat. die  
5. julii  
1790.  
Anno XVI.

Injunctionis oneris perpetui solvendi annuatim octo mille cruciatis monetæ Portugalliæ, ac suppressio simplicis beneficii ex cujus fructibus una cum dictis cruciatis una massa confici debeat pro congruis tum episcopi, tum capitali Bejensis.

Pius episcopus  
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Presensium.

§. 1. **P**rædecessorum Nostrorum, qui dudum pio regum inclitorum zelo promoti novas in agro Dominico episcopales, seu totidem fidei tentoria, ac propugnacula invexerunt, disposita prosequentes, ac quæ tunc fuerant earum præsulibus, cæterisque ministris ecclesiasticis pro eujusdemque respective dote perspicientes addicta, ex allato Nobis

regio oraculo super tum reddituum modestitate, tum etiam haud clara de illorum singularitate facta expressione, seu distinctione, quæcumque vel in-junctionis, aut suppressionis exhibita media plane noscitur esse adhibenda per quæ præsulibus ipsis in tot eorum, quibus septiuntur, oneribus, aliisque personis ecclesiasticis opportuna valeat provideri.

§. 2. Cum itaque sicut dilectus filius nobilis vir Joannes de Almeida carissimæ in Christo filie Nostræ Mariæ Francisæ Portugalliæ, et Algarbiorum regionæ fidelissimæ apud Nos, et Sedem apostolicam minister plenipotentiaris ex insinuatione ejusdem Mariæ Francisæ reginæ fidelissimæ Nobis exposuit alias, videlicet sub die decima mensis julii anni Domini millesimi-septingentesimi septuagesimi felicis recordationis Clemens pp. XIV. prædecessor Noster ad supplicationem claræ memoriæ Josephi, dum viveret, Portugalliæ, et Algarbiorum regis fidelissimi antiquum, et illustre oppidum civitatem nuncupatum de Beja, duasque comarchas, unam videlicet de Ourique, alteram vero de Beja respective nuncupatas ab archidiecepsi Elborensi, cujus metropolitana ecclesia, ut accepimus, de jure patronatus pro tempore existentis Portugalliæ, et Algarbiorum regis fidelissimi ex fundatione, vel dotatione, seu privilegio apostolico, cui non est hactenus derogatum, fore dignoscitur de consensu bonæ memoriæ Joannis tunc existentis archiepiscopi Elborensis ob per amplam ipsius metropolitanæ ecclesiæ archidiecepsim hujusmodi, et pro meliori divino servitio, ac spirituali ecclesiæ, et sibi commissi gregis bonæ apostolica ejus auctoritate perpetuo dismembraverit, dictumque oppidum de Beja in civitatem episcopalem Bejensem nuncupandam; ac unam ex ecclesiis ibidem existentibus, quam ab eodem Clemente prædecessore litterarum apostolicarum desuper expeditarum tunc deputatus exequatur aptiorem, et decentiorem judicasset, in cathedrali ecclesia pro uno episcopo Bejensi nuncupando cum omnibus præeminentiis, et prærogativis cæteris cathedralibus ecclesiis illarum partium competentibus etiam perpetuo erexit, et instituerit, ac episcopalis dignitatis honore, et titulo insigniverit. Nec non totum id, quod a prædicta archidiecepsi Elborensi dismembraverat, ut præfertur, jurisdictioni, et superioritati pro tempore existentis episcopi Bejensis

Expositio præ-  
sentium portu-  
galicæ a regina  
Portugalliæ.

etiam perpetuo subjecerit, ac respective pro suis territorio, et diocesi Bejensi concesserit, et assignaverit. Ac in dicta cathedrali ecclesia, ut tunc præferebatur erigenda capitulum ex dignitatibus, ac canonicatibus, et præbendis, nec non dimidiis canonicatibus, et semi præbendis, ac cappellanis in numero tamen juxta redditus, ut infra, applicatos constituendum similiter perpetuo erexerit, et instituerit. Atque viginti octo perpetua simplicia, et personalem residentiam forsam requirentia beneficia ecclesiastica in diversis ecclesiis dicti oppidi respective sita, illorumque respective titulos collativos, postquam tamen ex personis illa respective obtinentibus quovis modo vacavissent, perpetuo itidem suppresserit, et extinxerit. Ac pro ejusdem cathedralis ecclesiæ Bejensis, et illius mensæ capitularis, et sic ut præferebatur, erigendarum, et erigendorum dignitatum, et canonicatum, et præbendarum, nec non dimidiorum canonicatum, et semi præbendarum, ac cappellaniarum hujusmodi respective dote, illasque, ac illos, et illas pro tempore respective obtinentes congrua sustentatione fructus, redditus, et proventus provenientes ex prædictis duabus comarchis, ut supra dismembratis: nec non in eventum præmissum dictorum beneficiorum, ut præfertur, suppressorum, et seminarii puerorum ecclesiastici Bejensis respective mantentioni, mediante infrascripta rerum ordinatione opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Tener concessio-

§. 3. Nos igitur tam piis ejusdem Mariæ Franciscæ regiæ fidelissimæ votis propensius, ac celerius annuere volentes: motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ex nunc prædictis modernis, et pro tempore existentibus capitulo; et canonicis dictæ metropolitanæ ecclesiæ Elborensis onus perpetuo solvendi ex eorum massa capitulari annuos cruciatis octomille monetæ illarum partium prædicto moderno, et pro tempore existenti episcopo Bejensi, consensui prædictorum modernorum capituli, et canonicorum dictæ metropolitanæ ecclesiæ Elborensi, ad hujusmodi effectum quomodolibet necessario dicta apostolica auctoritate supplendo, eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo injungimus, atque imponimus.

Suppressio beneficii nunc

§. 4. Ac insuper perpetuum simplex personalem tamen residentiam for-

san requirens beneficium ecclesiasticum <sup>capituli das Oriolas</sup> archidiaconatum das Oriolas nuncupatum in parochiali, seu alia ecclesia prædicti territorii Bejensis fundatum, et ut infra obtentum, illiusque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam beneficii collativi; ita quod illud ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativum esse desinat, ac de cætero uti tale in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, vel alias de illo quovis modo disponi nullatenus unquam possit, et si illud deinceps ullo unquam tempore conferri, aut impetrari, vel alias de illo quovis modo disponi contigerit, collationes, impetrationes, et quævis aliæ dispositiones de illo sic faciendæ nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec jas, vel coloratum titulum possidendi cuiquam tribuant ex nunc prout ex tunc, et e contra cum primum beneficium ultimo dictum ex persona illud ad præsens obtinente per cessum etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu privationem, aut quamvis aliam dimissionem, vel amissionem, seu religionis ingressum, et professionis in ea emissionem, aut alias quovis modo etiam apud Sedem apostolicam, aut in aliquo ex mensibus Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti, Sedique prædictæ etiam per quascumque constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas editas, vel edendas, aut alias quomodolibet reservatis, seu ordinariis collatoribus etiam per constitutiones, et regulas easdem, seu literas alternationum, aut quævis alia privilegia, et indulta hactenus concessa, et in posterum concedenda competentibus vacare contigerit, sive usque dum modernus illius possessor de alio competenti beneficio ecclesiastico, aut aliter arbitrio infrascripti præsentium literarum Nostrarum exequutoris ejus vita naturali durante provisus fuerit, et non aliter, nec antea apostolica auctoritate prædicta etiam perpetuo suppressimus, et extinguimus.

§. 5. Illisque sic suppressis, et extinctis, ut ex dicta summa dictorum octomillium cruciatorum monetæ prædictæ, ac universis aliorum viginti octo beneficiorum per dictum Clementem prædecessorem, ut præfertur, suppressorum, et extinctorum, eidemque mensæ capitulari dictæ cathedralis ecclesiæ Bejensis jam assignatis, videlicet ex nunc, ac ex nunc prout ex tunc, et

Applicatio fructuum ejusdem beneficii favore mensæ cathedralis Bejensis.

e contra in eventum præmissum, et non alias ultimodicti beneficii per Nos, ut præfertur, suppressi, et extincti fructibus, redditibus, joribus, obventionibus, et emolumentis quibuscumque una eademque massa constitutur, et efformetur, ex qua congruæ prædictorum capituli, et canonicorum, ac cappellanorum dictæ cathedralis ecclesiæ Bejensis, illiusque fabricæ, et seminarii puerorum ecclesiastici Bejensis forsitan iuibi erecti, seu erigendi respectivæ manutentioni arbitrio, et prudentia prædicti moderni, et pro tempore existentis episcopi Bejensis, adimpletis tamen omnibus, et singulis dictorum Beneficiorum, ut præfertur, suppressorum, et extinctorum respective oneribus, provideri debeat apostolica auctoritate prædicta statuimus, et ordinamus.

Clausula sublatu, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes propterea easdem præsentem Nostram literas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, nec ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, inexcogitabili, ac specialem, et individuum mentionem, et expressionem requirente defectu, aut ex quocumque alio capite, a jure, vel facto, aut statuto, vel alias resultante, vel etiam in corpore juris clausa occasione, aliave causa etiam quantumvis justa, rationabili, juridica, legitima, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, aut aliis superius expressis nullibi appareret, aut alias probari possit notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas, restitutionis in integrum, apositionis oris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam moto, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio, aut impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in iudicio, vel extra illud posse, neque easdem præsentem sub similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispo-

sitionibus etiam per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, ac Sedem eandem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus etiam consistorialiter, et quibuslibet ex causis, et sub quibusvis verborum tenore, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiamsi in eis de eisdem præsentibus, eorumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, pro tempore factis, et faciendis, ac concessis, et concedendis comprehendendi, sed semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse; sicque, et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolice auditors, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios, et alios quoscumque, quavis auctoritate, potestate, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et præminentia fulgentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque iudicio, et in quacumque instantia iudicari, et definituri debere, irritum quoque, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Nos enim venerabilem etiam fratrem nostrum modernum archiepiscopum Lacedæmoniensem in civitate Lisbonensi commorantem in ipsa civitate presentium literarum Nostrarum executores dicta apostolica auctoritate constituimus; et deputamus. Eidemque archiepiscopo Lacedæmoniensi facultatem, ut ipse quancumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam pro huiusmodi executionis effectu subdelegare libere, et licite possit, et valeat pari apostolica auctoritate ipsarum tenore presentium concedimus, et impertimur.

Deputatio executoris apostolice

§. 8. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ prædictæ regulis de jure quæsito non tollendo, ac de exprimendo vero annuo valore in beneficiorum ecclesiasticorum suppressionibus, et unionibus, eorumque fructuum, reddituum, et proventuum dismembrationibus, et applicationibus, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati, suppressiones, et uniones perpetuas non nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, gene-

Derogatio contrariorum.

ratibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, prædictæ metropolitanæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eidem metropolitanæ ecclesiæ Elborensi, illiusque præsulii, ac capitulo, et canonicis, nec non quibusvis aliis personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis; ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet etiam mota, scientia, et potestatis plenitudinæ paribus forsitan concessis, approbatis, ac etiam innovatis. Quibus omnibus, et singulis etsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac individua, et de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, seu quævis alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissis, et forma in illis tradita observata, inserti forent eidem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportunè, et valide ad præmissorum validissimum effectum hac vice damtaxat, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus harum quoque serie derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ oneris injunctionis, impositionis, suppressionis, extinctionis, statuti ordinationis, decreti, constitutionis, deputacionis, facultatis, concessionis, imparticionis, et derogacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursuram. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo nonagesimo, quinto nonas julii, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

Sanctio poe-  
lis.

DCCCXIII.

Mandata pro restauratione seminarii episcopalis civitatis Faventinæ.

Dat. die  
16. julii  
1790  
anno XVI.

Venerabili fratri Dominico  
episcopo Faventino.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Decet Romanum pontificem in his, per quæ urgentibus episcopaliū seminariorū necessitatibus utiliter consulitur, auctoritatis suæ partes interponere, prout in Domino salubriter expedire conspicitur.

Præmium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod licet Nos alias per Nostras in simili forma Brevis diei ix julii anni MDCCLXXXIV. expeditas literas, quò fabricæ hujus episcopalis seminarii, quæ tum ob suæ vetustatem, tum præsertim ob terremotus, quibus paulo ante tota Faventina civitas concussa fuerat, penitus quasi ruinosam dignoscebatur, in ampliorem, ac solidiorem formam restauraretur, cum annuus seminarii census satis tenuis, ideoque impar esset necessariis reedificationis hujusmodi sumptibus, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium Tridentini concilii interpretum consilio bonæ memoriæ Vitali Josepho, dum vixit, episcopo Faventino immediato prædecessori tuo, ut ad formam ejusdem Tridentinæ synodus annuam taxam scutorum decem pro quolibet centenariis super fructibus, et proventus honorum ecclesiasticorum sub certis tunc expressis conditionibus auctoritate Nostra apostolica imponeret, concesserimus, ac licet præterea memoratus Vitalis Josephus episcopus illico manus operi admove-rit, novique seminarii fundamenta sine mora locari curaverit, attamen, cum plura, atque plura impedimenta in hujusce taxæ impositione, et exactione passus sit, morte præventus non solum incæptum suum hand perficere potuit: verum etiam res eo deducta erat, ut præsens, atque efficax postularet remedium: siquidem seminarium vix pro quarta sui parte erat extractum, grandem summam scutorum quinque-millium circiter debeat, ac demum taxæ prædictæ exactio plurimum ha-

Status semina-  
rii describitur.

beat difficultatis. Hujusmodi erat rerum status, dum ad hujus Faventiaë ecclesiæ administrationem accessisti.

Indignantur  
media que ad-  
diti possent  
ad obtinendam  
promptam se-  
minaria restau-  
rationem.

§. 3. Quamobrem inter primas pastoralis tuæ vigilantiaë curas audendum tibi esse nosti, ut tantis incommodis occurrere posses. Considerans itaque tu, quod valide repugnante, immo etiam judicialiter contradicente tuæ cathedralis ecclesiæ capitulo, aliisque ex clero primoribus impositioni taxæ predictæ illam urgere operosa nimis alia plena res esset, quodque e converso urgentioribus ipsius seminarii necessitatibus consulti, immo etiam alumnorum numerus augeri posset, si uniceque ex confraternitatibus laicalibus, aliisque locis piis hujus tuæ diocesis, quorum plures opibus affluant, quæ seminario summam mille, et quingentorum numerassent novus alumni nominatio perpetuis futuris temporibus spouderetur; nam si viginti quatuor ex eis, ut prudenter sperari potest oblationem hanc accepissent positus in fœmus scutis viginti quatuor mille ad augendum seminarii censum, ut inde alumni nominandi per totum anni cursum etiam mensibus feriatis apud bene constituta seminaria in more est sustentari valeant, reliqua summa, et in æris alieni, quo seminario tenetur dissolutionem, et in fabricam predictam pro commoda juventutis habitatione esset eroganda; et quidem cum hanc oblationem nonnullis ex dictis confraternitatibus, et locis piis obtuleris, horum aliquæ usque adhuc illam ultro acceperunt, aliæ vero nondum hisce desuper deliberarunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo hoc tuum consilium firmiter subsistat illudque servetur exactius non solum apostolicæ auctoritatis patrocinio communiri, sed etiam, quo tum confraternitates, ac loca pia predicta, tum cetera, quæ in posterum oblatam conditionem accipient suum promissum persolvere valeant, tibi omnes, et singulas facultates ad confirmandos, et validandos contractus horum intuitu stipulandos necessarias, et opportunas, tibi, tuisque successoribus episcopis Faventinis per Nos concedi summopere desideres. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut tibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Omnia que  
ab episcopo  
ordinata sunt.

§. 4. Nos igitur tuam, ac confratrum sollicitudinem, qui se tuis desi-

deris sponte, ac faciles præbuerunt, plurimum in Domino commendantes, aliasque confraternitates hortantes, ut se illorum exemplis ultro addere velint, teque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutam fore consentes non solum captum a te consilia quo urgentioribus, ac præsentibus tui episcopalis seminarii necessitatibus, et commodis utiliter prospicias auctoritate apostolica confirmamus, laudamus, et approbamus, illique apostolicæ firmitatis robur adicimus. Verum etiam, cum tanta non erit præsens pecunia, vel confraternitatibus predictis, vel aliis locis piis, quæ impostero alumnum nominationem ultro accipient, quæ satis sit, ut stipulatam summam persolvere queant, fraternitati tuæ, de cujus prudentia, zelo, ac summa in rebus gerendis dexteritate summopere in Domino confidimus, tuisque successoribus episcopis Faventinis pro tempore existentibus, tum sponte capta a dictis confraternitatibus, seu locis piis, vel ab aliis confraternitatibus, seu locis piis libere capienda hisce desuper consilia tum omnes, et singulos contractus ad ea præstanda, quæ ab eis pollicita erunt, nunc et in futuram stipulandos, quatenus de illorum utilitate constet, quo desuper tuam, tuorumque successorum episcoporum Faventiaorum pro tempore existentium consentiam oneramus, auctoritate Nostra prædicta confirmandi, validandi, et approbandi, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplendi, et sanandi, ita ut contractus hujusmodi postquam fuerint a te, tuisque successoribus, ut præfertur, approbati, et confirmati, validi, ac stabiles intelligantur, ac intelligi debeant in omnibus, et per omnia perinde, ac si in illorum stipulationes omnes, et singulas solemnitates, ac sacris canonibus, aliisque ecclesiasticis constitutionibus in honorum ad loca pia spectantium alienationibus præscriptæ observatæ fuissent decernendi, et declarandi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

rant pro recon-  
sitione se-  
minarii; posto-  
lica auctorita-  
te confirman-  
tur, et nova  
mandata con-  
ceduntur.



Constitutio sub-  
lata, et decre-  
ta irrita.

§. 5. Decernentes easdem præsen-tes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio con-  
trarium.

§. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta julii millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXIV. 8

Dat. die  
27. Junii  
1790.  
anno XVI

Supprimuntur quatuor parochiales ecclesie, et in eis existentia beneficia civitatis, et diocesis Lisbonensis, earumque bona ununtur cuidam monasterio monialium.

Pius episcopus  
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **E**xposcit debitum pastoralis officii, cui disponente Domino præsidemus, ut dum de statu monasteriorum quoramlibet dirigeodo studemus de illis interdum, quæ pia, celebrique reginarum illustrium fundatione fulgentia prudentes Deo dicare, ac Christo filio sub suavi religionis iugo desponsatæ virgines incolant sedulo cogitemus, ut ubi redditus ex regia sollicitudine semet, ac iterum constituto nondum sufficere dignoscuntur, ne earum mentes pro rerum temporalium angustia a cælestium contemplatione arceatur, procurante, et subveniente reginarum hujusmodi dextera auxilii commoda, ac decentior proventuum dotatio valeat tempestive decerni, atque ut id firmitus, ac facilius evadat ecclesiasticorum beneficiorum curam etiam animarum annexam habentium unionis media Nobis provide exhibita favorabiliter adhibemus, aliaque circa animarum hujusmodi curæ exercitium opportune disponimus, prout in Domino conspicitur expedire.

§. 2. Cum itaque sicut ex insinuatione carissimæ in Christo filie Nostræ Mariæ Franciscæ Portugalliæ, et Algarbiorum reginæ fidelissimæ per dilectum filium nobilem virum Joannem de Almeida ejus apud Nos, et Sedem apostolicam ministrum plenipotentiarum Nobis facta accepimus, dicta Maria Francisca regina fidelissima ob eximiam ejus pietatem, et singularem erga Christum Jesum Dominum Nostrum devotionem conspicuam in casali de Estrella nuncupato civitatis Lisbonensis ecclesiam venerationi, et cultui sanctissimi cordis Jesu prope novum amplissimum monasterium pro monialibus ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo reformatis nuncupatis magno quidem ejus sumptu ædificatum solemniter dicaverit: et licet Nos alias prædicto monasterio, ut illius constructio commodius perficeretur, tum etiam, ut eundem

Ratio concessio-  
nis.

monialium, ac predicti monasterii inservientium sustentationi, et fabricæ dictæ ecclesiæ mantentioni in futurum posset provideri; parochialem ecclesiam de Barcos nuncupatam Lamacensis diocesis, quæ, sicut etiam accepimus, de jure patronatus ejusdem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ ex fundatione, vel dotatione existit, præviis tamen illius tituli collativi suppressione, et extinctione apostolica auctoritate perpetuo factis una cum suis bonis, ac fructibus, redditibus, proventibus, et oneribus de ejusdem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ consensu eadem apostolica auctoritate perpetuo itidem univerimus, ac super plurimum parochialium, seu aliarum ecclesiarum (inter quas quatuor infrascriptæ parochiales ecclesiæ ad instar collegiatarum ecclesiarum, ut etiam accepimus deserviri solitæ comprehendantur) unius videlicet sanctæ Mariæ, ac alius sanctissimi Salvatoris, ac alius sancti Petri, et reliquæ parochialium ecclesiarum sancti Jacobi villæ de Torres Novas Lisbonensis respective diocesis, quæ sicut pariter accepimus de simili jure patronatus prædictæ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ etiam ex fundatione, vel dotatione existunt respective fructibus, redditibus, et proventibus nonnullas pensiones annuas in certis tunc expressis respective summis, et incertos etiam tunc expressos respective eventus, etiam respective persolvendas, diversis tamen, et successivis temporibus de simili ejusdem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ consensu apostolica auctoritate prædicta favore dicti monasterii etiam perpetuo reservaverimus, et assignaverimus; nihilominus dicta Maria Franciscæ regina fidelissima plene agnoverit, fructus, redditus, et proventus prædictos, ut præfertur, unitos, dictasque pensiones annuas itidem, ut præfertur, reservatas etiam una cum certis aliis redditibus ex suo regio erario eidem monasterio pariter assignatis non solum impares esse ad supplendam præmissis omnibus, sed etiam tempore procedente aliquo modo deficere, ac propterea aliquod in redditibus prædictis augmentum fieri plurimum expedire, ad quem effectum illud magis opportunum judicavit, si ex nunc una ex dictis quatuor parochialibus ecclesiis, illa videlicet sanctæ Mariæ, quæ certo quem Nos præsentibus haberi volumus pro expresso modo, ut scilicet accepimus, ad præsens vacat.

§. 3. Ac ex nunc prout ex tunc, et e contra cum primum illæ, ut infra vacaverint, aliæ tres parochiales ecclesiæ prædictæ, firma tamen in earum qualibet remanente parochialitate. Ac etiam ex nunc omnia perpetua simplicia, et personalem residentiam non requirentia, vel residentiam hujusmodi etiam requirentia in dictis quatuor parochialibus ecclesiis respective existentia beneficia ecclesiastica sub conditione tamen compensationis illa nunc respective obtinentibus, ut infra præstandæ, et faciendæ. Ac etiam ex nunc unus, et una ex canonicatibus, et præbendis, seu una ex portionibus secularis, et insignis collegiæ Regalis nuncupatæ ecclesiæ sanctæ Mariæ de Oliveira villæ de Guimaraens Bracharensis diocesis ad præsens forsam vacantes, seu vacans, quos, seu quam de simili jure patronatus dictæ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ ex fundatione, vel dotatione fore præteditur, seu etiam ex nunc prout ex tunc quatenus illi, seu illa ad præsens minime vacant, seu vacet, postquam tamen illi, seu illa primo loco, et quovis modo vacaverint, seu vacaverit. Nec non una similiter ex cathedris, seu scholasticis patriarchalis ecclesiæ Lisbonensis, quæ, ut similiter accepimus, etiam de jure patronatus ipsius Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ ex fundatione, vel dotatione existunt, ad præsens forsam vacans, seu quatenus minime vacet, etiam primo loco, et quovis modo vacatura per Nos apostolica auctoritate prædicta, ut infra, respective supprimerentur, et extinguerentur, omniaque, et singula bona, et jura, nec non fructus, redditus, proprietates, obventiones, et emolumenta quæcumque dictarum quatuor parochialium ecclesiarum, et beneficiorum, ac canonicatus, et præbendæ, seu portionis, nec non cathedræ, seu scholasticæ predictorum per Nos, ut præfertur, supprimendorum, et extinguendorum dicto monasterio, etiam ut infra applicarentur, et appropriarentur. Nec non in prædicta sanctæ Mariæ ad præsens, ut præfertur, vacante etiam ex nunc, in qualibet vero ex aliis tribus parochialibus ecclesiis obtentis prædictis similiter, ut præfertur, supprimendis, et extinguendis, ex nunc prout ex tunc, postquam tamen illæ respective vacaverint unus respective rectoratus pro uno presbytero rectore in eis respective nuncupando, cui contra animarum parochianorum, seu

Descriptio ecclesiarum sup. primendarum.

respective parochialis ecclesie principaliter immineat. Ac pariter ex nunc in qualibet dictarum quatuor parochialium ecclesiarum, ut præfertur, suppressendarum, et extinguendarum, duo perpetua simplicia personalem tamen residentiam requirentia beneficia ecclesiastica pro duobus presbyteris beneficiatis coadjutoribus nuncupandis in exercitio curæ animarum hujusmodi pro tempore existentibus illarum respective rectorem, ut infra coadjuvare debentibus cum infrascripta tamen respectiva congrua cuilibet ex rectoribus, et beneficiatis coadjutoribus, ut præfertur, nuncupandis hujusmodi, et respective, ut infra, assignanda respective erigerentur, et instituerentur, aliaque infrascripta juxta piam prædictæ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ intentionem per Nos, etiam ut infra fierent, et ordinarentur.

§. 4. Nos igitur præmissis omnibus matura deliberatione perpensis, ac tam piis ejusdem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ votis, et desideriis obsecundare, illiusque supplicationibus per dictum Joannem Nobis ad prædictorum effectum humiliter porrectis annuere volentes motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine primodictam parochialem ecclesiam sanctæ Mariæ, ut præfertur, vacantem quovis modo, aut ex cujuscumque persona, seu per liberam cujusvis resignationem de illa in Romana curia, vel extra eam etiam coram notario publico, et testibus sponte factam, aut constitutionem felicis recordationis Joannis pp. XXII. prædecessoris Nostri, quæ incipit = *Exlis.* vel assequutione alterius beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati vacet, etiamsi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad sedem prædictam legitime devoluta, primodictaque parochialis ecclesia sanctæ Mariæ dispositioni apostolicæ specialiter, vel generaliter reservata existat, et super ea inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa, dummodo tempore datæ præsentium non sit in ea alicui specialiter jus quæsitum. Nec non omnia, et singula beneficia prædicta in eisdem quatuor parochialibus ecclesiis respective existentia: et quatenus canonicatus, et præbenda, seu portio, et cathedra, seu scholastia hujusmodi ad præsens vacant (quorum seu, et cujus pariter respective vacationis modis eisdem præsentibus etiam

haberi volumus pro expresso) canonicatum, et præbendam, seu portionem, ac cathedram, seu scholastriam hujusmodi videlicet ex nunc, ac ex nunc, prout ex tunc, et e contra, postquam tamen alia sanctissimi Salvatoris, ac alia sancti Petri, et reliqua sancti Jacobi respective parochiales ecclesie prædictæ ex personis illas nunc respective obtinentibus quovis modo vacaverint, easdem tres parochiales ecclesias, et quatenus canonicatus, et præbenda, seu portio, ac cathedra, seu scholastia hujusmodi ad præsens minime vacant, postquam tamen illas, seu et illam ex personis eas, seu et eam ad præsens respective obtinentibus quovis modo primo loco vacare contigerit, canonicatum, et præbendam, seu portionem, ac cathedram, seu scholastriam hujusmodi, illorumque respective titulos collativos, nomina, denominationes, naturas, et essentias parochialium ecclesiarum, et beneficiorum, nec non canonicatus, et præbendæ, seu portionis, ac cathedræ, seu scholastiæ collativorum, et collativarum.

§. 5. Ita quod illæ, et illa, nec non illi, seu et illæ ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativæ, et collativa, nec non collativi, seu et collativæ esse desint. Ac de cætero uti tales, et talia in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, vel alias de illis quovis modo etiam ad nominationem prædictæ Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ, ejusque successorum eorundem Portugallie, et Algarbiorum regum fidelissimorum pro tempore existentium nullatenus unquam disponi possit, et si illas, et illa, seu et illas deinceps ullo noquam tempore conferri, aut impetrari, vel alias de illis quovis modo disponi contigerit, collationes, provisiones, impetrationes, et quævis aliæ dispositiones de illis pro tempore quomodolibet factæ, nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec jus, vel coloratum titulum possidendi cuiquam tribuant, firma tamen in eisdem parochialibus ecclesiis earum respective parochialitate occasione, vel causa quantumvis justa, rationabili, et privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in in-

Extinctio titulorum collativorum dictorum beneficiorum.

Suppressio ecclesie s. Mariæ et aliorum beneficiorum erectorum in quatuor aliis parochialibus ecclesiis.

Così hanno dichiarato sottoscrivendosi il detto illustrissimo, e venerando signor bali di Majorca fra don Nicolò de Oleza, ed il succennato illustre signore commendatore fra don Pietro Net come procuratore della sua religione, ed il nobile signore don Giacomo Ignazio de Oleza, che sono a me infrascritto notaro e scrivano cogati, di che ne faccio fede, essendo a ciò presenti per testimoni Giovanni Verd, e Vincenzo Ammannese, e Tommaso Sasire servo di casa di detto signor bali in questa capitale ad un tale effetto chiamati, e richiesti, di tutto lo che io notaro e scrivano infrascritto ne faccio fede.

Il bali di Majorca fra don Nicolò de Oleza.

Commendatore fra don Pietro Girolamo Net in detto nome.

Don Giacomo Ignazio de Oleza.

Ita est Michele Giovanni Rossello, e Quitana notaro e scrivano della curia della casa sagra del Temple.

§. 8. Concorda la presente copia con il suo originale, che rimane serbato nel libro degli istromenti della presente curia della casa sagra del Temple della religione di san Giovanni, del che io notaro, e scrivano infra scritto faccio fede. In attestato di che mi sottoscrivo, e vi appongo il segno di cui usa la detta curia in questo plico del regio primo bollo con inserzione di cinque fogli di carta comune intermedi.

In Palma capitale del regno di Majorca li diecisette dello stesso mese ed anno.

Michele Giovanni Rossello e Quitana notaro e scrivano della curia della casa sagra del Temple.

Loco ✕ del sigillo.

Noi sottoscritti notari, e scrivani pubblici di questa città, e regno di Majorca attestiamo, e facciamo fede che l'anzidetto Michele Giovanni Rossello, e Quitana notaro, dal cui pugno trovasi sottoscritta la presente copia egli è scrivano della curia della casa sagra del Temple, che ha la religione di san Giovanni in questa città, e regno quale si intitola fedele, e legale, ed a simili copie firmate da lui come scrivano, e munito del sigillo, che ha la detta curia, come la presente sempre si è prestata, e tuttora prestasi piena fede, e credito tanto in giudizio, che fuori. In attestato di che ci sottoscriviamo di nostro pugno, e vi apponiamo li segni.

In Palma capitale del regno di Majorca nel giorno, mese, ed anno suddetti.

In attestato di verità

Giovanni Oliver ed Oliver notaro.

In attestato di verità.

Loco ✕ signi

Michele Foot notaro

In attestato di verità

Loco ✕ Signi

Gabriele Rossello e Zabater notaro. Registrato nell'ufficio delle ipoteche della popolazione della villa di Manecor a carte cinguantatre questo di ventuno del mese di agosto del mille settecento ottantotto.

Giovanni Adroyer segretario, e scrivano delle ipoteche della villa di Zelanit.

Abbiamo veduta la relazione, ed estratto del fatto circa il pagamento delle trenta quarte vulgo *quarteras* di

grano, e venticinque libre di censo annuo in qualità di allodiali con il parere degli avvocati, e la premeditazione, con cui si è trattato, e condotto dalle persone, che vi hanno interesse; e troviamo che la concordia che è stata stipolata e regolata, è appieno conforme non solamente al citato parere, ma puranche a quello che diedero gli avvocati deputati dalli signori commissari; e che oltre ad essere equitativa, è vantaggiosa alla religione. Per altro ci sembra che sarebbe opportuno che dopo approvata la detta concordia si prefigesse un certo e determinato tempo, per farsi la vendita delli terreni, che indica, oppure che fra di tanto, passato un tale termine si pagassero le quindici quarte vulgo *quarteras* di grano, e le dodici libre di censo come sopra concordate, e che verificandosi questa si presenti alla veneranda assemblea.

Fra don Raimondo Ponsich

Il cavaliere fra don Antonio de Crit Siccome le sopradette, ed altre cose risultano dal registro corrente delle assemblee, di cui io sono incaricato, ed a quello mi riporto. Ed affinché costi faccio il presente attestato scritto di mano altrui, sottoscritto di mio pugno, e munito del sigillo della medesima veneranda assemblea nella città di Barcellona questo di dodici del mese di dicembre dell'anno mille settecento ottantotto.

Fra don Antonio de Ponsich segretario del venerando capitolo provinciale, ed assemblea di Catalogna.

Loco ✕ sigilli

§. 9. Cum sicut eadem expositio subjungebat, ut præinsertum decretum ac præinserta transactio suum sortiantur effectum, illaque firmitus subsistant, et serventur exactius apostolicæ firmitatis robore communiri memoratus exponens summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benigne apostolica dignaremur. Nos igitur eundem exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, tibi præinsertum decretum,

Legitimates adhibere pro integritate actus evocanda.

Confirmatio apostolica.

et præinsertam transactionem, ac omnia, et singula in eis contenta auctoritate Nostræ apostolicæ confirmandi, et approbandi, illique apostolicæ firmitatis robur adiciendi, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eisdem quomodolibet intervenerint, supplendi, et sanandi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tempore præsentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non hospitalis prædicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anulo piscatoris die vicesima septima julii millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXVI.

Dat. die  
30. julii  
1790  
Anno XVI.

Terra Montis Bodii Senogalliensis diœcesis erigitur in civitatem.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **A**postolicæ Sedis majestati convenit temporalis suæ ditionis oppida, quæ temporum cursu, et civium industria ad insignem amplitudinem excrevisse dignoscuntur, splendidioribus titulis, et honoribus decorare, ut fidelium subditorum animi, virtutis, et devotionis suæ præmiû agnoscant, locorumque opibus, et virtutibus paria dignitatis, et ordinis ornamenta respondeant.

§. 2. Sane pro parte dilectorum filiorum communitatis, et hominum Nostræ terræ Montis Bodii Senogalliensis diœcesis expositum Nobis nuper fuit, quod cum dicta terra, quam ex Ostræ municipii reliquiis emersisse consentiens fama est, sex circiter millibus incolarum referto non solum in decimo quinto sæculo sibi judicem, ac gubernatorem eligeret, sed etiam ab antiquis neque temporibus cives habuerit nobilitatis gradu decoratos, adeo ut cardinalis Ægidius Albonatus in sua constitutione Ægidiana primariis Piceni civitatibus terram hanc cœquari non dubitaverit, plurimi quoque in ea literarum, et armorum laude illustres viri, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales ecclesiarum præsules, ac Romanæ curiæ prælati, nec non hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani milites, ac militaris ordinis sanctorum Mauriti, et Lazari, et sanctissimæ Conceptionis equites, cujus insignia ducibus Mantuæ, ut asseritur, concedebantur, ortum duxerint, ita ut, et hac Nostra ipsa ætate inter suos ordini prædicto sanctorum Mauriti, et Lazari adscripti, mulieres insignibus della Crociera nuncupat. decoratæ recenseantur; ibique adsint familiæ inter nobiles aliarum status Nostri ecclesiastici civitatum numeratæ, ac cum aliis nobilibus familiis jampridem affinitatibus, et cognationibus junctæ, nec ei desit annonæ ubertas, ac rerum omnium copia, quæ ad vitæ urbanæ commoda opportuna videatur; dux quoque urbanorum militum, et equitum existant cohortes, quibus ut asseritur, viciniorum locorum milites subjiciuntur; præterea et

Descriptio præstantiæ loci, et terræ Montis Bodii.



mons Plélati, ac plura hospitalia fundata sint, inibi quoque resideant vicarius Lateranensis, et vicarius tribunalis sancti Officii, cujus jurisdictio satilate patet, copiosus etiam sit tam secularis, quam regularis clerus, tres parochiales ecclesie jamdiu erecte reperiuntur, quarum altera abbatialis est, quatuor item virorum regularium cœnobia, unum sanctimonialium monasterium, nonnullæ laicorum confraternitates numerentur, ac demum tum ædificiorum elegantia, tum ecclesiarum copia inter cæteras Picensi terras præcellat, hinc memorati exponentes, quo ipsis, et eorum patrie præmissis dotatæ titulis novum decoris addatur incrementum eandem terram civitatis titulo, et nomine condecorari summo opere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Erectio ejusdem terræ in civitatem.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis nuper porrectis inclinati, atque etiam motu proprio, ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, terram Montis Bodii prædictam in civitatem tenore præsentium perpetuo erigimus, et instituimus, eique civitatis titulum, et denominationem cum omnibus honoribus, juribus, prærogativis, ac decorationibus, quæ cæteris omnibus ditionis Nostræ pontificiæ civitatibus competere dignoscuntur, nec non confalonerio, et prioribus, seu magistratui ejusdem terræ in civitatem, ut præmittitur, erectæ, consuetis honoribus, et insigniis, quibus aliarum ejusdem ditionis civitatum magistratus, de jure, usu, et consuetudine gaudere, seu uti possunt, pariformiter, ac pari modo, et absque ulla differentia, gaudere, potiri, et uti concedimus pariter, et impertimur, ac ejusdem terræ incolas, et habitatores civium nomine decoramus, ita tamen, ut nunc, et pro tempore existens episcopus Senogalliensis in dicta terra per Nos in civitatem erecta residere minime teneatur; sed illa ecclesie Senogalliensi;

ut prius, subjecta remaneat, ac ex honore ejusmodi etiam in gubernium temporale nulla inducetur innovatio.

§. 4. Decernentes has præsentis literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quicumque in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ propter quas præsentis emanarint sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quamcumvis justa, legitima, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, ac totalis læsionis, ullo noquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili, individuumque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, aut adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, et emanato, quempiam in judicio, vel extra uti, seu se juvare possit; sed ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sancte Romanæ Ecclesie prædictæ camerarium, et alios cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, et sancte Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit dictæ terræ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis

Derogatio contrariorum.

apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permauris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima julii millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXVII.

Dat. die  
3. augusti  
1790  
anno XVI.

Ad pristinum statum restituendum seminarium fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia in diœcesi Portugallensi fundatum committitur nuncio apostolico apud reginam fidelissimam degenti, ut illud eximat a jurisdictione provincialis dicti ordinis, et subiiciat jurisdictioni sui, suorumque in eadem auctoritate successorum.

Venerabili fratri Karolo archiepiscopo Thianensi apud carissimam in Christo filiam Nostram Mariam Franciscam Portugalliam, et Algarbiorum reginam fidelissimam Nostro, et apostolicæ Sedis nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem

Præsum.

§. 1. Inter multiplices, gravissimasque sacrosancti apostolatus officii Nobis divinitus commissi curas in id præcipue patronalem Nostram omnium Christifidelium sollicitudinem incumbere oportere intelligimus, ut salubriori directioni, feliciorique progressui sacrorum operariorum, quos ad agrum Dominicum excolendum quotidie mittimus, consulamus.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit carissima in Christo filia Nostra Maria Francisca Portugalliam, et Algarbiorum regina fidelissima, quod alias, ut ad pietatem, et literarum studia fratres ordinis minorum sancti Francisci, qui ad apostolicas missiones mittendi erant, informarentur, atque ad tam difficile onus instituerentur, seminarium Nostræ Dominæ Pietatis nuncupat. de Mezat Frio diœcesis Portugallensis sub jurisdictione, et potestate provincialis pro tempore existentis provinciæ sancti Francisci ordinis prædicti erectum, atque fundatum fuit. Cum autem sicut eadem expositio subijungebat, seminarium hujusmodi a primæva sui fundatione postmodum desciverit, neque eos, qui ex recta missionariorum institutione sperabantur, fructus præbuerit, quin immo brevi, nisi remedio aliquo auctoritate apostolica illi consulatur, ad interitum, et ruinam sit delapsurum. Nobis propterea memorata Maria Francisca regina fidelissima humiliter supplicari fecit, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate Nostra apostolica dignemur.

§. 3. Nos igitur ejusdem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ catholicæ religionis studium plurimum in Domino commendantes, suumque desiderium pro illius propagatione, et incremento, quantum in Domino possumus adjuvare, illamque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, de dilecti filii Nostri Leonardi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Antonelli nuncupati congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis de propaganda fide præpositorum præfecti consilio, fraternitati tuæ de cujus fide, doctrina, vigilantia, et charitate, atque in gerendis negociis dexteritate, maxime in Domino confidimus per præsentem committimus, ac mandamus, in primis seminarium hujusmodi a quacumque subjectione, regimine, jurisdictione, potestate, ac gubernio dicti provincialis provinciæ sancti Francisci ordinis prædicti ad Nostrum, et Sedis apostolicæ beneplacitum auctoritate Nostra apostolica eximas, et liberes, ac exemptum, et liberum esse decernas, ac status, ejusque superiores, et alumnos sub immediata apostolicæ Sedis clientela, ac protectione recipias, ac propterea omnimodæ jurisdictioni, pote-

Expositio præcum, et ratio concessionis.

Tenor mandati concessi nuncio apostolico

stati, et directioni tuæ, tuorumque in Portugalliæ, et Algarbiorum regnis successorum apud reges fidelissimos apostolicæ Sedis nunciorum in spiritualibus, et temporalibus subiiciis, provinciali vero prædicto harum serie prohibemus, ne in iis, quæ ad seminarium prædictum, illiusque spirituale, et temporale gubernium, regimen, et directionem pertinent imposterum, donec scilicet, ut præferatur, a Nobis, vel ab apostolica Sede aliter provideatur, se ullatenus ingerere, aut immiscere audeat, seu præsumat. Ut autem seminarium huiusmodi citius, quantum fieri potest, in pristinum statum restituatur, novisque regulis, ac statutis muniatur, et optatissimus rectæ missionariorum apostolicorum institutionis finis consequi tandem possit, eandem fraternitatem tuam in visitatorem apostolicum, et reformatorem seminarii prædicti auctoritate, et tenore prædictis constituimus, et deputamus.

Jus visitandi seminarium conceditur archiepiscopo Bracharensi.

§. 4. Verum quia ob munus, quo fingeris, illo venire ad visitationem huiusmodi per te ipsum explendam minime possis, propterea venerabili fratri Cajetano archiepiscopo Bracharensi per præsentem committimus, ac mandamus, ut ad idem seminarium quam primum accedat, illudque, ac suam domum, atque alia loca ad illud spectantia, nec non illius superiores, et alumnos, et personas cujuscumque status, gradus, qualitatis, conditionis, præminentia, et dignitatis existant, tam in capite, quam in membris Nostra auctoritate visitet, et reformet; ac in alumnorum huiusmodi statum, vitam, mores, ritus, aliamque vitæ rationem, tam quoad ad ea, quæ ad regularem disciplinam spectant, quam quod ad ea, quæ rectam missionariorum institutionem quomodolibet pertinere possunt, tam conjunctim, quam divisim inquirat: eidemque Cajetano archiepiscopo injungimus, ut quæcumque pro meliori, ac salubriori ejusdem seminarii directione, ac regimine, mutatione, correctione, emendatione, renovatione, revocatione, et reformatione indigere cognoverit juxta datam sibi a Domino prudentiam corrigat, emendet, renovet, revocet, ac etiam de novo condat, et reformet. Volumus tamen, ut actis visitationis huiusmodi confectis prius quam executioni demandentur illa, vel ad te remittat, vel ad Nos quantocitius transmitti curet, et. ex re, et tempore

*Bull. Rom. Tom. VIII.*

consilium capiemus, et Deum omnipotentem effusis precibus orabimus, et obsecrabimur, ut quod inde statuendum sit, matura deliberatione decernamus.

§. 5. Mandantes propterea omnibus, et singulis superioribus, alumnis, aliisque personis seminarii huiusmodi sub excommunicationis lætæ sententiæ Nobis, et Romanis pontificibus successoribus Nostris reservatæ, præterquam in mortis articulo, ac suspensionibus a divinis, et privationis officiorum, aliisque arbitrio Nostro infligendis pœnis ipso facto incurrendis, ut tibi, ac memorato Cajetano archiepiscopo in præmissis omnibus, et singulis prompte pareant, et obediant, illiusque salubria monita, et mandata humiliter suscipiant, et efficaciter adimplere procurent, alioquin sententiam, seu pœnam, quam rite tulerit, seu statuerit in rebelles ratam habebimus, et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Pœnæ contra inobedientes

§. 6. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Non obstantibus quibusvis apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalis conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quatenus opus sit ordinis, et seminarii prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis de-

Derogatio contrariorum.

K k k

cretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodo libet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die tertia augusti millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

## DCCCXVIII.

Dal. die  
5. augusti  
1797  
anno XVI.

Instante regina fidelissima conceduntur episcopo Titulari Pharaonensi nonnullæ facultates ad restituendam regularem disciplinam tum inter moniales, tum inter regulares in ditionibus ultra marinis dictæ reginæ fidelissimæ existentes.

Venerabili fratri Josepho Mariæ episcopo Titulari Pharaonensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater

Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Ad apostolici ministerii humilitati Nostræ ex alto concrediti pertinet sollicitudinem, ut ea omnia, per quæ regulari disciplinæ inter eos Christianifideles, qui Deo proprius famulari susceperunt, consulitur, impensi studeamus, ut hinc animis sperata ex ordinibus regularibus in Ecclesia Dei utilitas, et splendor sua quodammodo sponte oriatur.

§. 2. Nuper siquidem a dilecto filio Joanne d'Almeida de Melo e Castro carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Franciscæ Portugalliæ, et Algarbiorum reginæ fidelissimæ apud Nos, et hanc sanctam Sedem ministro plenipotentiariorum, ac militiæ Jesu Christi milite, regio nomine Nobis expositum fuit, quod cum memorata Maria Franciscæ regina fidelissima ex multorum relationibus comperiisset, monasteria, conventus, aliasque religiosas domus, quæ in

suis ditionibus intra, et ultra marinis existunt, non iis bonis, redditibusque fundata reperiri, quæ virorum, vel feminarum inibi degentium sustentationi sufficerent, eaque propter neque vitam communem, cæteroque summo opere utilem ad disciplinam regularem custodiendam teneri, neque regulas instituti, quod professi sunt, servari, aliaque etiam, eaque gravissima exoriri incommoda; pro suo pietate desiderans ipsa hisce malis aliquod promptum, atque efficax adhibere remedium, omnibus, et singulis superioribus monachorum ordinum regularium, et sæcularium mandavit, ut de numero domorum sibi subjectarum, tam personarum utriusque sexus, quæ in eis commorarentur, deque bonis ejusque generis, oneribus piis, vel profanis ære alieno debitorum nominibus, cæterisque actionibus, ac juribus ad officium secretariæ suæ status negotiorum sui regni accurate referrent; deinde deputatis aliquibus in ecclesiastica dignitate constitutis, aliisque, quorum prudentia, ac doctrina maxime ipsi perspecta erat, constitutoque tribunali Giunta nuncupato = per l'esame dello stato attuale, e per il miglioramento temporale degli ordini regolari =, cui fraternitatem tuam præfecit, istud negotii tribunali hujusmodi dedit; voluitque præterea, ut re tanti consilii omnibus mature, ac serio perpensis quid faciendum dicti deputati existimassent ipsi aperirent; quamobrem cum deputati hujusmodi ex factis inquisitionibus, aliisque adhibitis diligentibus, eidem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ retulerint, hæc incommoda ex eo maxime proficisci, quod quamplures regulares domus propter magnitudinem æris alieni, ac grave piorum onerum pondus summis rei familiaris laborantur angustiis, adeo ut nisi hisce desuper apostolicæ Sedis auctoritas intercedat, difficile plane erit tot, tantisque malis firmiter consulere; siquidem factum est, ut ex illorum imprudentia, qui alias regularibus domibus hujusmodi præerant, ut infinitis quasi missarum, officiorum nocturnorum, responsorum oneribus nullo, aut satis exiguo, nec perpetuo emolumento suæ domus gravatæ sint: quibus, ut facerent satis plures, atque plures ad habitum, et professionem ideo admittendos esse existimarunt, ut scilicet pia hæc onera adimplere possent, qui hisce distenti occupationibus, serio, et ut par erat, sacris studiis,

Providentia capta a regina fidelissima pro obtinenda reintegracione regularis observantia in uno sterili suo ditioni subjectis.

aliisque ministeriis ecclesie; et statui proficinis vacare haud poterant.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, alias felicitis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster, ut precibus claræ memoriæ Josephi; dum vixit, Portugallicæ, et Algarbiorum regis fidelissimi sibi oblatis annueret, ac similibus quasi incommodis, quæ inter sanctimoniales regnorum prædictorum paulatim irrepserant occurreret, per suas in simili forma Brevis diei xxiii augusti anni MDCCLVI. expeditas literas, quæ incipiunt = *Injuncti Nobis* =, patriarchæ Lisbonensi pro tempore existenti amplissimas concesserit facultates, quibus, tum ordinaria, tum delegata auctoritate, ubi necessitas, ac utilitas id suaderet, monasteria hujusmodi invicem unire, ac incorporare, moniales ad alia monasteria ejusdem ordinis, et instituti transferre, atque alia, quæ tum ad æris alieni dissolutionem, tum ad onerum satisfactionem, tum denique ad regularem disciplinæ restorationem, ac ipsarum monialium commodum quomodolibet spectare possent disponere, ac statuere ei integrum erat, prout in eisdem literis uberius continetur, quas per præsentem hic veluti de verbo ad verbum haberi, et censeremur volumus.

§. 4. Propterea memorata Maria Francisca regina fidelissima cupiens, ut non tantum monialibus snorum Portugallicæ, et Algarbiorum regnorum consultum sit: verum etiam, ut regularibus, aut sæcularibus vitam vel in communi, vel sub aliquo instituto, aut regula agentibus eorundem regnorum, cæterisque sexus pariter regularibus, aut sæcularibus in suis ditionibus ultramarinis degeentibus prospiciatur; quod facile consequi posset, quatenus eadem facultates, quas memoratus Benedictus prædecessor pro monialibus dumtaxat in Portugallicæ, et Algarbiorum regnis existentibus patriarchæ Lisbonensi, ut præfertur, concesserat, tibi pariter pro cæteris utriusque sexus regularibus, ac sæcularibus prædictis impertitæ fuissent.

§. 5. Hinc est quod Nos, qui omnes, et singulos utriusque sexus regulares ordines paterno in Domino prosequimur amore, eosque in vocatione, qua vocati sunt, permanere, suaque respectiva instituta in eo pristino candore ubi collapsa sunt, restituere, omnesque propterea inordinationes, abusus, atque incommoda, quæ ex rerum humana-

rum conditione illorum detererunt utilitatem prorsus tollere summopere cupimus tot, tantisque malis occurrere volentes, supplicationibus etiam ejusdem Mariæ Franciscae reginæ fidelissimæ Nobis hisce desuper humiliter porrectis inclinati motu proprio ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudinæ, fraternitati tuæ, de cuius prudentia, fide, religionis zelo, ac summa in rebus gerendis dexteritate in Domino confidimus per præsentem committimus, et mandamus, tibi omnes, et singulas facultates tribuimus, quas memoratus Benedictus prædecessor patriarchæ Lisbonensi pro tempore existenti, veluti delegato apostolico ad restaurandam disciplinam regularem inter moniales in Portugallicæ, et Algarbiorum regnis existentes, monasteria vel supprimendo, vel invicem uniendo, vel aliter illarum temporali regimini etiam consulendo concesserat; ut de ipsius reginæ fidelissimæ assensu omnibus, et singulis regularibus, vel sæcularibus vitam vel in communi, vel sub aliqua regula, seu instituto agentibus in Portugallicæ et Algarbiorum regnis, vel etiam utriusque sexus pariter regularibus, vel sæcularibus hujusmodi in suis ultramarinis ditionibus consistentibus, quorum, vel regularis disciplina collapsa, vel monasteria, conventus, et regulares domus adeo tere alieno, ac piis oneribus gravata sunt, ut summis angustiis rerum necessariorum premuntur, vel aliis justis de causis alicujus reformationis indigent, salubriter, ac provide consulas in omnibus, et per omnia perinde eadem Benedicticæ litteræ pro regularibus, ac sæcularibus hujusmodi impetratæ, tibi usque ab initio concessæ fuissent. Quocirca vero per memoratas Benedicticæ litteras inter cætera monialium monasteria, quæ tamen sint ejusdem instituti, ipsiusque nec laxioris, nec strictioris observantiæ, quantum commode fieri poterit insimul uniendo, et incorporandi patriarchæ Lisbonensi facultas impertitur. Nos hanc ipsam facultatem, quam inter cætera, ut præfertur, per præsentem tibi concessimus, tam de observantia, quam de ipso instituto intelligendam esse declaramus. Præterea volumus, ut bona monasteriorum, conventuum, ac domorum regularium, quæ juxta tenorem præsentium juxta tibi a Domino datam prudentiam erunt, vel supprimenda, vel aliis monasteriis,

Votis reginæ adhasit quoque sollicitudo s. m. Benedicti XIV. expeditis literis ad diem 23 augusti 1756.

Preces propositæ pro extensione Benedicticæ constitutionis etiam ad ditiones ultramarinas.

Mandat pontificis episcopo Pharaonensi ut dicta Benedicticæ constitutio extendatur ad ditiones etiam ultramarinas.

conventibus, ac domibus regularibus unienda, non solum monasteriis, conventibus, ac domibus, ad quæ viri, feminæve in suppressis, vel unitis antea commorantes, transferentur quemadmodum in dictis Benedictiois literis cavetur, sed aliis etiam monasteriis, conventibus, ac regularibus domibus, quæ magis hujus auxilii indigere videantur, et aliis itidem insignis pietatis operibus veluti erectioni, aut dotationi alicujus ecclesiastici seminarii, quod in ea provincia, vel regione, ubi bona sita, erigi, dotarive oporteat, assignare, et applicare libere, ac licite possis, et valeas, motu, scientia, et auctoritate prædictis concedimus, et indulgemus. Insuper de tua pietate, ac prudentia plurimum in Domino confisi, tibi etiam missarum onera, atque alia legata pia prædicta, quibus monasteria, conventus, ac domus prædictæ gravantur, præter ea, quæ in toties memoratis Benedictiois literis expresse disponuntur, quatenus vel assignata bona non amplius existant, suppressendi, vel ea minoris sint valoris, quam satisfacienda pia onera, vel aliter grave nimis sit, illorum adimplementum caute, et consideratim etiam reducendi, imminuendique plenam, et amplam facultatem motu, scientia, et potestate prædictis tribuimus, et impertimur. Sicuti pariter decernendi, ut quod ad inductam consuetudinem munerum spectat propinæ nuncupat, ita deinceps intelligenda, et servanda sit, ut munera hujusmodi immiioni quidem, et penitus tolli, si id opportunum visum erit, augeri autem nullo modo possint.

§. 6. Tandem cum venerabilis frater modernus, ac pro tempore existens patriarcha Lisbonensis sæpe sapiens pastoralibus, gravibusque officii sui curis detineatur, tibi motu, scientia, et potestate prædictis per præsentem committimus, et mandamus, ac omnes, et singulas facultates a memorato Benedicto prædecessore patriarchæ Lisbonensi provincialibus in Portugallia, et Algarbiorum regnis existentibus, ut præfertur, concessas, tibi pariter tribuimus, et impertimur, ut simul cum eodem patriarcha Lisbonensi hoc etiam tam grave negotium, et quisque vestrum separatim accedente ipsius reginæ fidelissimæ assensu, curetis, atque ea, quæ opportuna forent per eos, aut per alios statuas. Quod si interdum contingat, vel aliquo morbo vexatum, vel

aliis curis detentum hoc tibi demando munere fungi minime posse, omnes, et singulas facultates per præsentem tibi concessas in personam ecclesiasticam, quæ in præsentem dicti tribunalis Giunta nuncupati erit a memorata regina fidelissima deputata harum serie transferimus, illamque in tui locum sufficimus, et subrogamus.

§. 7. Decernentes easdem præsentem literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quilibet etiam cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, et dignitatis, aut alias etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni in præmissis forsan jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, auditi, neque causæ propter quas ipsæ præsentem emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis juridica, pia, legitima, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso etiam enormis, enormissimæ, et totalis lesionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, ad terminos juris reduci, sed adversus illas a perditionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, vel etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud nti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suoque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, et adimpleri; sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum,

Cláusula sublata, et decretum irritans.

Eidem jus omnia peragendi conceditur de consensu reginæ fidelissimæ, et ordinario Lisbonensi.

et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
tracitorum.

§. 8. Non obstantibus quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac quorumcumque testatorum, et piorum benefactorum etiam ultimis voluntatibus, aliisque piis dispositionibus, testamentis, et codicillis, quas et quoad præmissa commutamus, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictorum monasteriorum, illorumque ordinum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prosus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die tertia augusti millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCLXIX.

Confirmantur constitutiones pro monialibus ordinis beatæ Mariæ virginis de Monte Carmelo exalceatis in regno Portugalliæ existentibus.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**x injuncto cœlitus apostolice servitutis munere ea, quæ pro felici sacrarum virginum, quæ ut animum a sæculi contagione intactum conservent etiam domicilio ab eo se segregant, et voluntarie moriuntur mundo, ut sanctæ corpore, et spiritu soli Deo vivant regimine, salubrique directione provide statuta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant apostolici muniminis Nostri, cum id a Nobis petitur, præsidio libenter constabilimus. Proemium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius do Nascimento frater expresse professus ordinis beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo exalceatorum huncupatorum, ac prior generalis ordinis prædicti congregationis Portugallensis, quod cum sanctimonialibus ordinis prædicti regnorum Portugalliæ sub ejus jurisdictione, ac regimine existentes uniforme institutum non haberent, quod separata auctoritate apostolica congregatione Portugallensi ordinis prædicti a congregatione Hispana ejusdem ordinis, illarum gubernium, et regimen mutatum est, in capitulo ordinis, et congregationis prædictorum in conventu dos Remedios Ulyssipponensi die vicesima julii anni MDCCLXXXVII. habito statutum fuit, ut translatis suis regulis, ac constitutionibus e Hispano in Lusitanam sermonem adjectis cuilibet capitulo iis declarationibus, quæ ex rerum usu necessariæ fuerunt, impofterum, regulæ, ac constitutiones hujusmodi a sanctimonialibus prædictis omnino servandæ essent. Regulæ vero, constitutiones, et declarationes sunt tenoris qui sequitur. Expositio præcum.

## REGOLA PRIMITIVA

§. 3. Che santo Alberto patriarca di Gerusalemme diede agli eremiti del monte Carmelo; approvata, e confermata dal santissimo padre Innocenzo quarto in Lione di Fraccia nel primo di settembre mille settecento

Tenor consti-  
tutionum.

quarantotto, o quinto. del suo pontificato: la quale devono osservare le religiose scalze della gloriosissima vergine Maria del monte Carmelo.

Alberto per grazia di Dio patriarca della chiesa di Gerusalemme agli amati figli Brocardo, ed altri religiosi eremiti, che stanno sotto la sua ubbidienza nel monte Carmelo vicino alla fontana di Elia salute, e benedizione dello Spirito Santo.

In molte, e diverse maniere stabilirono i santissimi padri il modo che ognuno in qualunque ordine, o forma di vita religiosa, che abbracciata abbia, deve tener per vivere in ossequio di Gesù Cristo, e per servirlo fedelmente con un cuore puro, e retta coscienza. Essendo io da voi pregato, per darvi secondo la vostra risoluzione, e proposito una regola, o formola di vita, obbligandovi ad osservarla di qua innanzi, l'ordiniamo nella seguente forma, restando a voi l'obbligo della sua osservanza.

#### CAP. I.

*Dell'elezione del priore, e de'tre voti, che gli si devono promettere.*

De electione prioris.

§. 4. Determiniamo in primo luogo, che abbiate uno di voi medesimi per priore, il quale deve essere eletto per comune, ed unanime consenso di tutti, o della maggiore, e più rispettabil parte. Al quale ognuno deve promettere ubbidienza, e dopo d'avergliela promessa, cerchi serio, e veramente di osservarla con castità, e povertà.

#### CAP. II.

*Della scelta de'luoghi per la fondazione de'conventi.*

De electione locorum pro aedificatione conventuum.

§. 5. Potrete abitare negli eremi, o luoghi, che vi saranno dati, disposti, ed accomodati per la guardia, ed osservanza della vostra religione, secondo quello, che parerà più conveniente al priore, e religiosi.

#### CAP. III.

*Delle stanze de' religiosi, e della refezione comune.*

De cubiculis religiosorum, et communis refectioe.

§. 6. Ne' luoghi dove abiterete, ognuno di voi abbia una stanza separata, la quale dal priore gli sarà assegnata col consenso degli altri re-

ligiosi, o della parte più prudente. Di tal maniera però che mangiate tutti insieme nel refettorio comune quello, che vi sarà dato leggendosi sempre qualche lezione della sacra Scrittura, dove questo commodamente si possa osservare. A nessun religioso sia lecito senza licenza del priore attuale mutare, o cambiare con un altro il luogo, che gli fu assegnato. La stanza del priore deve stare nell'entrare del convento per essere il primo a ricevere quelli, che da lui verranno, e che tutto quello, che si farà, dipenda dal suo arbitrio e disposizione.

#### CAP. IV.

*Dell'orazione perenne, e continua permanenza nella stanza.*

§. 7. Perseveri ognuno nella sua stanza, o vicino ad essa, meditando di giorno, e di notte la legge del Signore, vigilando sempre in orazione, caso che non sia giustamente occupato.

De oratione continua.

#### CAP. V.

*Delle ore canoniche*

§. 8. Quelli, che sapranno dire le ore canoniche con i sacerdoti, le diranno secondo gli statuti de' santi padri, e l'uso approvato dalla chiesa. Quelli, che non le sapranno dire, in vece del matutino, diranno venticinque volte il *Pater Noster*: eccettuando le domeniche, e feste solenni, nelle quali si raddoppierà il numero de' *Pater Noster*. Per le laudi sette volte, ed altre sette volte per ognuna dell'ore minori, e quindici volte per il vespero.

De horis canonicis.

#### CAP. VI.

*Di non tenere cosa propria*

§. 9. Nessuno de' religiosi dica, che ha qualche cosa propria; ma tutto fra di voi sia comune, e si distribuisca per le mani del priore, o d'altro religioso da lui nominato, attese, e considerate l'età, e necessità d'ognuno.

De vita communi.



## CAP. VII.

*Delle cose, che vi sono lecite in comune.*

De rebus licitis in communibus

§. 10. Vi sia lecito, e permesso il servirvi di giumenti, o muli; secondo lo chiederà la vostra necessità; come ancora d'alcuni altri animali, o augelli per vostro sostentamento.

## CAP. VIII.

*Dell' oratorio, e della messa, che in questo si deve sentire.*

De oratorio, et missa.

§. 11. Sia eretto un oratorio nel mezzo delle stanze colla comodità che sia possibile, nel quale tutti i giorni alla mattina vi adunerete per sentire, ed assistere alle soleonnità delle messe, dove questo commodamente si possa fare.

## CAP. IX.

*Del capitolo, e correzione de' religiosi*

Decorrectione religiosorum.

§. 12. In ogni domenica, o in altri giorni secondo la necessità tratterete della conservazione dell' ordine, e della salute dell' anime: dove ancora mediante la carità siano corretti i religiosi di quegl' eccessi, e colpe, nelle quali siano incorsi.

## CAP. X.

*Del digiuno de' religiosi*

§. 13. Digiunerete ogni giorno cominciando dalla festa dell' esaltazione della santa Croce sino al giorno della Resurrezione di Nostro Signore, eccettuando le domeniche, caso che alcuna infermità, o debilità di corpo, o qualunque altra causa persuada a tralasciare il digiuno, per quanto la necessità non è sottoposta alla legge.

## CAP. XI.

*Dell' astinenza della carne*

De abstinentia a carnibus.

§. 14. Astenetevi di mangiare la carne non servendo, o essendo per causa d' infermità, o debilità del corpo. Ma facendovisi necessario il mendicare con più frequenza per non incomodare quelle persone, che vi ricevono quando viaggiate, potrete fuor delle vostre case mangiare robbà cotta colla carne,

e navigando, vi sia lecito mangiare nel mare della carne.

## CAP. XII.

*Esortazioni*

Exhortationes.

§. 15. Essendo la vita dell' uomo sulla terra una continua tentazione, e quelli, che piamente vogliono vivere in Cristo soffrino delle persecuzioni, e perchè ancora il demonio come un leone ruggendo va in continuo giro cercando a chi possa divorare, per tanto voi procurate colla maggior cura vestirvi coll' arme di Dio, acciò possiate resistere ai suoi assalti. Cingete il vostro corpo col cingolo della castità: fortificate il vostro petto coi pensieri santi, trovandosi scritto = *la considerazione santa vi difenderà* = Dovete vestire la cotta della giustizia, perchè così con tutto il vostro cuore, con tutta la vostra anima, e con tutte le vostre forze possiate amare il Signore vostro Iddio, ed il prossimo, come voi medesimi. In tutte le occasioni dovrete armarvi collo scudo della fede per ribattere, ed estinguere gl' infuocati colpi del nemico, perchè senza la fede è impossibile piacere a Dio. Ancora dovete coprire la vostra testa coll' elmo saltevole della speranza: perchè solamente dal Salvatore, che salva il suo popolo di tutti i peccati sperar dovete la vostra salvezza. La spada però dello spirito, che è la parola di Dio stia sempre nella vostra bocca, e ne' vostri cuori: e quanto opererete sia sempre fatto in nome del Signore. Impiegarvi dovete ancora in qualche fatica, perchè trovandovi il demonio occupati sempre, non prenda occasione dalla vostra oziosità per introdursi nelle vostre anime. A questo fine avete l' istruzione, ed esempio dell' apostolo san Paolo, per bocca di cui parlava Gesù Cristo, il quale Dio costituì predicatore, e dottore delle genti nella fede, e nella verità: e se segnirete le sue pedate non potrete errare, nè sbagliare. In travagli, e fatiche, dice egli, siamo stati fra di voi, lavorando di giorno, e di notte per non servirvi di peso, o incomodo; non perchè non lo potessimo fare, ma per darvi esempio di quello, che dovete imitare. Questo medesimo v' intimiamo, quando stando con voi, vi abbiamo detto = *Che chi non vuol faticare non deve mangiare*. E perchè abbiamo sentito che fra di voi ci sono degli oziosi, che niente vogliono faticare,

care, e questi ammoniamo, e preghiamo il nostro Signore Gesù Cristo, che lavorando in silenzio mangino il suo pane. È una strada buona e santa, camminate per essa.

## CAP. XIII.

*Del silenzio*

De silentio.

§. 16. Raccomanda l'apostolo il silenzio, quando nel medesimo tempo comanda lavorare, e faticare. Siccome il profeta testimonia: Che l'abellimento della giustizia è il silenzio, e che nell'istesso silenzio, e speranza starà la vostra virtù, e forza. Per questo vi ordino che dopo la compieta si osservi il silenzio fin alla fine della prima del seguente giorno del rimanente dell'altro tempo, ancorchè non sia tanto rigorosa la sua osservanza, con tutto ciò si deve sfuggire qualunque eccesso nel parlare. Perchè secondo si trova scritto, ed insegna l'esperienza, il molto parlare non è libero di peccato. E chi non considera le sue parole sperimenterà de' danni, siccome offende l'anima sua quello che parla troppo. E Cristo dice nel vangelo. *D'ogni oziosa parola, che diranno gli uomini daranno conto nel giorno del giudizio.* Ognuno di voi deve fare una bilancia per le sue parole, ed un giusto freno per la sua bocca, affine di non peccare, nè cadere per la sua lingua di maniera, che resti incurabile, e mortale la sua ferita. Guardi con il profeta le sue strade per non peccare colla sua lingua, e procuri con ogni diligenza, e cautela d'osservare il silenzio, nel quale sta tutto l'abellimento, ed ornato della giustizia.

## CAP. XIV.

*Esortazione al priore per l'esercizio dell'umiltà.*

§. 17. Tu però Brocardo, e qualunque altro, che dopo di te sarà eletto in priore, abbia sempre nella memoria, e metta in opera quello che il Signore dice nel vangelo ogni qualunque vorrà essere il maggior fra di voi, sarà il vostro ministro; e quello, che fra voi vorrà essere il primo, sarà vostro servo.

Monitum ad  
prohem pro  
exercitio hu-  
militatis.

## CAP. XV.

*Esortazione ai religiosi per rispettare, ed onorare il suo priore.*

§. 18. Voi ancora, o religiosi, onorate con umiltà il vostro priore rispettando, e considerando in lui a Gesù Cristo che l'ha messo sopra di voi, e dice ai prelati della Chiesa. Chi vi sente, sente a me, e chi vi disprezza a me disprezza, perchè non siate giudicati per il disprezzo, ma per l'ubbidienza possiate meritare il premio della vita eterna.

Monitum ad  
religiosos su-  
per obsequio  
debito prioris.

speras; sub eademque obligatione alias duas labente presentis sæculo erectas fuisse præbendas a quondam Jacobo Colagrossi, nec non Dorothea, et Angela pariter Colagrossi penitus distinctas, et separatas cum reservatione juris patronatus activi quoad primam favore Francisci Rossi, qui nuper ad eam nominavit, et presentavit Aloisium Ciolli, et quoad secundam favore Josephi Archangeli, qui pariter nominavit, ac presentavit Petrum Bonifatii, istosque præbendarios particulares canonici nomen sibi arrogasse veluti primis aggregatos, omnesque isti requisiti quo jure hujusmodi ecclesiam collegiatam, ejusque sacerdotes mere coadjutores archipresbyteri canonicos dicerent, cum cætero nec arcam, nec sigillum commune, nec libros capitularium resolutionum, nec aliud prorsus collegialitatis signum haberent, iidemque sacerdotes solum superpelliceam, ut alii presbyteri, gestarent in ecclesia? Nihil omnino monumentum exhibitum Nobis fuit: quo circa non parum hæsimus super hujusmodi tituli, et canonicorum nomine abolitione, nec aliter demum innovatioi peperimus, quam ob diuturnam hujusmodi nominationis usum, non tam in vulgo, quam aliquando etiam in literis apostolicis, cohibentes tamen tum archipresbyterum, tum etiam assertos canonicos, ut ex tunc diebus festis missam conventualem cum castu per turnum celebrarent pro benefactoribus in genere ad formam encyclicæ *Cum semper* felicitatis recordationis Benedicti XIV. prædecessoris Nostri: quique alterius occasione presentium investigantes vetustiores ejusdem ecclesiæ status deprehendimus, archipresbyterum ab originaria forsau erectione parochialis ecclesiæ habuisse, et possedisse integram dotem constitutam in multis prædiolis rusticis, censibus, tribus locis montium non vacabilibus, obventionibus, decimis, et aliis incertis, et liberam eorum administrationem, quorum fructus, redditus, et respective pensationes in quatuor partes dividere consuevisset, duabus pro se retentis, reliquas autem duas tradere pro æquali debuisset dictis duabus sacerdotibus canonicis nuncupatis pro stipendio eorum coadjutorie in cura animarum, et sacramentorum administratione, quam tamen ipsi non independentem, et ex proprio arbitratu exercere debebant, sed toties quoties archipresbyter opera eorum indigeret, adeo ut contra illius

voluntatem nullus canonicorum in administratione sacramentorum se ingerere deberet, sed tantummodo missas, et alia officia in hebdomada sua celebraret; excepto tamen, quod in defectu archipresbyteri possent necessitati parochianorum in administrationem dictorum sacramentorum succurrere ex formali decreto diei xxvii aprilis MDCII. edito in visitatione delegata per cardinalem Tusco tunc episcopum Tiburtinam, cui tunc suberat oppidum, seu castrum Cervariæ. Anno autem MDCXL. bona prædicta præsertim rustica pro meliori cultura fuisse divisa, et relicta medietate archipresbytero, alia medietas subdivisa pro æquali exitisse inter dictos duos canonicos coadjutores, in communi tamen relictis decimis, fructibus nonnullorum censuum, et prædiorum, quæ locari solent; item dictorum locorum montium, aliisque obventionibus, tum a communitate Cervariæ, tum etiam a confraternitatibus sanctissimi Sacramenti, Crucifixi, et Rosarii in eadem ecclesia erectis, et aliis quibusdam incertis parochialibus, in singulos proportionabiliter rejectis oneribus ab inde citra supportandis; hujusmodique divisionem præservatam fuisse in aliis visitationibus per abbates commendatarios prædicti monasterii Sublacensis prædecessores Nostros sub quorum jurisdictionem, transactione facta, devenit, ac etiam hodie manet prædictum Cervariæ oppidum, annis præsertim MDCLXXI, MDCLXXIII. et MDCXCIII.; prout in eisdem, quarum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fuisit dicitur contineri; adeo ut ab inde citra factum appareat, ut vacatis per obitum, vel per resignationem, aut alio quovis modo archipresbyteratu, et canonicatibus, seu coadjutorum prædictorum præbendis, abbates commendatarii pro tempore novos substituerint, archipresbyterum videlicet, prævio iudicto concursu, et canonicos coadjutores cognita per examen formale eorum idoneitate ad curam animarum, vigore præsertim apostolici iudulti cardinalibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ concedi soliti, et Nos ipsi hactenus servare consuevimus juxta decreta sacri concilii Tridentini.

§. 4. Hisque omnibus perpensis, et attentis, eosdem exponentes gratis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et

Directio in collegiatum.

interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus hujusmodi inclinati, memoratam parochialem ecclesiam sanctæ Mariæ de Cervara Sublacensis nullius in districtu urbis in collegiatam cum omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, præminentibus, exemptionibus, et indulgentiis, quibus aliæ collegiatæ uti, frui, et gaudere solent tenore præsentium erigimus, et pro hujusmodi effectu præfatos Bartholomæum Capotosti in archipresbyteratu, Franciscum Archangeli, et Franciscum Rossi in respectivis præbendis primæ erectionis, ut supra cum archipresbytero divisit, aliisque omnibus redditibus certis, et incertis pro indiviso adhuc extantibus, et non aliis, nec non Aloisium Giolli, et Petrum Bonifatii a respectivis patronis nominatos, ac præsentatos confirmamus, et approbamus, eosdemque canonicos nuncupari, et haberi volumus, ac mandamus in statu tamen, ac terminis, in quibus in præsentiarum reperiuntur, ut nempe archipresbyter pro tempore prout fuit, sit semper in posterum hujusmodi canonicorum caput, rector, et superior, ædemque canonici ab ejus nutu dependeant, quoad administrationem sacramentorum, et officiorum ecclesiæ juxta dictum decretum anno MDCLII. ut supra editum; illumque teneantur agnoscere verum eorum parochum, ac eorum verum rectorem, ac illi reverentiam, et obedientiam debitam exhibere, ac jura parochialia, emolumenta, et servitia præstare.

§. 5. Quodcumque autem, et qualitercumque vacaverit archipresbyteratus, ac duo canonicatus primæ erectionis sive per obitum, sive per resignationem, sive alio quovis modo omnes provideri possint, et debeant ab ordinario, quatenus præsertim indultario sedis apostolicæ cum distinctione tamen, ut quoad primum animarum curam gerentem iudici debeat de more concursus, ut semper in nova provisione præferatur dignior, quamvis ita præfatus, nec in jure canonico, neque in theologia laureatus, sive licentiatu existat; quo vero ad secundos uti coadjutores ejusdem archipresbyteri non autem installari possint, vel debeant, nisi cognita per examen eorum idoneitate ad eandem curam animarum, coadjuvandam de mandato archipresby-

teri, sin autem ordinarius apostolico careat indulto, tunc archipresbyteri provisio servata forma ejusdem concursus a Sede apostolica tantum fieri possit, et debeat, dictorumque primorum canonicorum juxta reservationes apostolicas, ut nempe per pontifices successores Nostros, si eorum vacationi mensæ sanctæ Sedi reservato contingat, et e contra per ordinarium si aliter hujusmodi canonicatus vacaverint, conferantur; quo vero ad dictos postremos sequuta quovis modo vacatione provideri debeant ab eodem ordinario ad nominationem, et presentationem patronorum, prævia per examen recognitione ipsorum idoneitatis ad curam animarum, tanquam et ipsi coadjutores archipresbyteri.

§. 6. Si autem in dicta ecclesia sanctæ Mariæ de Cervara in sæcularem collegiatam erecta capitulum, cujus caput erit semper archipresbyter pro tempore, et reliqui ejus coadjutores canonici nuncupati tum primæ, cum secundæ erectionis cum stallo in choro servata eorum antianitatis prærogativa, mensa capitulari, arca, bursa, et sigillo communibus, aliisque omnibus, et singulis collegialibus signis, et insigniis, ac gratiis, quæ aliis collegiatis sæcularibus ecclesiis etiam parochialibus de jure, atque stylo, et consuetudine, non tamen indulto, seu privilegio particulari potiantur, et gaudeant: et in ea hodiernus idem archipresbyter, ejusque successores capituli caput existant, et in choro, capitulo, processionibus, aliisque actibus, et functionibus capitularibus tam publicis, quam privatis præsent, et præminentiam, et præcedentiam, primumque, et digniorem locum, nec non vocem, et votum in capitulo habeant, ac illius persona quovis modo parochialis ecclesiæ, et parochianorum universa cura plene, omnimode, ac private quoad omnes alios imminet, quique ultra fructus, redditus, et proventus pro dote parochialis ecclesiæ post præmissam divisionem cum canonicis primæ erectionis addictos, et assignatos tam certos, quam incertos parochiales de jure, usu, et consuetudine private reservatos gaudeant, quique cum dietim in animarum parochianorum cura, exercitio, professione occupati fuerint, pro præsentibus, illiusque functionibus, aliisque capitularibus personaliter interessentibus haberi, et reputari, et ad eandem distributionum participationem admitti,

Concessio privilegiorum.

Jus præsentandi archipresbyterum et canonicos concursatos ordinario reservatur.

et ultra consuetam missam pro populo missam pariter conventualem per turnum ad instar aliorum capitularium dictæ ecclesiæ parochialis, et assignanter singulis diebus dominicis, altero tamen, qui prædictam missam pro populo celebret, applicetque per eum destinato, absque ullo præjudicio iurium, et pertinentiarum sibi in celebratione aliarum ecclesiasticarum functionum competentium celebrare, illamque pro benefactoribus in genere juxta dictum decretum a Nobis in dicta visitatione anni MDCCLXXIII. editum applicare respective teneantur, cum hoc tamen, quod archipresbyter pro tempore exercens onus celebrationis missæ conventualis huiusmodi etiam de præcepto ecclesiæ festis, aut alias prout necessitas exegerit cum alio ex capitularibus ejusdem ecclesiæ commutare possit.

Distributio fructuum honorum inter canonicos.

§. 7. Canonici autem primæ erectionis libere percipiant fructus bonorum cuilibet eorum antecessorum in divisione obventorum, nec non proventus et emolumenta tam certa ex aliis bonis in communi relictis cum archipresbytero, quam incerta juxta solitum huc usque servatum, et non alias. Alii autem canonici postremo adjuncti a respectivis fundatoribus de fructibus, et redditibus designatæ ipsorum præbendæ, aliisque incertis communiter cum aliis dividendis contemti existant, supportatis tamen oneribus, tam omnibus in genere, quam eorum singulis personis de jure, ac de facto injunctis, ad quem effectum omnes in dicta ecclesia residere teneantur, nec ab ea discedere possint absque licentia ordinarii limitate semper concedenda sub pœnis arbitrio nostro, et successorum nostrorum, ejusdemque ordinarii infligendis. Præterea jus habeat convocandi capitulum, et in eo archipresbyter, et dicti duo canonici primæ erectionis proponendi, votandi, et resolvendi omnia, quæ in universum respiciunt particulare ipsorum interesse, ac jura ecclesiæ respective; canonici autem postremo adjuncti votum pariter habeant in iis tantum respicientibus disciplinam, et ejusdem ecclesiæ officiaturam, et non alias.

Jus condendi statuta, et ordinationes capitulares.

§. 8. Quæcumque de cætero statuta, ordinationes, capitula, et decreta licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, atque concilii Tridentini de-

cretis minime adversantia per ordinarium prius examinanda, et approbanda edere, et edita declarare, interpretare, ac in meliorem formam redigere, seu etiam alia de novo, et ex integro eisdem sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini minime contraria, et ut præfertur, semper ab eodem ordinario prius examinanda, et approbanda, ac per eos, ad quos spectat, et pertinet, ac pro tempore spectabit, et pertinebit, observare sub pœnis in contravenientes infligendis, similiter edere libere, ac licite possint, ac valeant, plenam, liberam, et omnimodam facultatem, potestatem, et auctoritatem dicta apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo concedimus, et impertimur.

§. 9. Duo præterea sint libri, seu codices bene compacti, quorum in primo propositiones, et resolutiones omnes capitulares; et in secundo statuta, et constitutiones, ut præfertur, editæ per ordinarium approbatæ, et in cancellaria abbatiali etiam descriptæ fideliter registrentur, et referantur, ac in archivio parochiali, in pluteo tamen, seu particulari capsula, diversa tamen ab alia librorum parochialium, sub clavi retinenda per archipresbyterum, seu canonicum antiquiorem, et ad nutum omnium capitularium cum aliis quibuscumque scriptis collegiatam ecclesiam respicientibus deponantur, et perpetuo custodiantur.

Præceptum de servandis libris capitularibus.

§. 10. Pro decore tandem huiusmodi ecclesiæ parochialis in collegiatam sæcularem, ut supra erectæ archipresbyter, et canonici prædicti, eorumque successores rocchetam sine manicis, et mozzettam nigram cum globulis, et asulis ejusdem nigri coloris tam in ecclesia, quam extra eam in processionibus, et functionibus anniversariis, aliisque quibuscumque actibus, et functionibus publicis, et privatis, ac inter missarum solemniam, ac vesperarum, aliorumque divinorum officiorum celebrationem, ac etiam extra prædictum oppidum in diœcesi tamen Sublacensi, ac etiam in synodalibus comitiis in præsentia abbatis commendatarii ejus ordinarii, seu ab eo delegati gestare, illisque respective uti, ita tamen, ut convenientibus, vel una simul concurrentibus aliis abbatiæ prædictæ collegiatis, præcedentia semper debeat antiquioribus, libere, ac licite possint, et valeant.

Concessio rocchetti et mozzette nigri euloris.



Clausula sub  
lata, et decre-  
tum irritans.

§. 11. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quoadcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
triorum.

§. 12. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictæ diocesis Sublacensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hæc vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta augusti millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXXII.

Dat. die  
15. augusti  
1790.  
anno XVI.

Venerabili fratri Cæsari archiepiscopo Nisibensi, et apostolicæ Sedis pro Hollandiæ missionibus superiori conceditur jus nominandi pios sacerdotes pro visitandis ecclesiis Hollandiæ et Zelandiæ occidentalis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Cum in remotioribus Christiani orbis partibus, quarum necessitates proprius inspicere non valemus, ad animarum salutem et spiritualem consolationem fidelium, et catholicæ fidei propagationem valde utilem esse sentiamus piorum catholicorum doctrina, et orthodoxæ fidei zelo præstantium virorum operam de Dominici gregis reliquorum salute, quæ in Hollandia, Zelandia, et aliis inferioris Germaniæ partibus occulte, aut aliter commorantur, Sathana instigante, a catholicæ fidei obedientia desciverunt, paterna charitate solliciti, deque tua, qui dictis locis vicinior existis, fide, integritate, doctrina, atque catholicæ religionis studio, aliisque virtutibus, ac generis nobilitate plurimum in Domino confidentes, tibi, dum illic Nostri et apostolicæ Sedis munere fungeris auctoritate apostolica tenore præsentium facultatem tribuimus, deputandi quoadcumque tibi videbitur, aliquem vel aliquos viros religiosos, pios, catholicos, eruditos et in primis zelantes, qui in illis Hollandiæ, Zelandiæ et occidentalis Frisiæ, ac aliis eorum partium locis, in quibus episcopi sua munera pastoralia libere exercere nequeunt, omnia, et singula ecclesias, domus, monasteria tam virorum, quam mulierum, et alia pia, et religiosa loca etiam quoadcumque et qualitercumque exempta, etiam apostolicæ Sedi immediate subjecta, ac personas ecclesiasticas quascumque tam sæculares, quam regulares cujuscumque ordinis in illis degentes, tamquam apostolicæ Sedis delegati visitare, ac tam in capite, quam in membris corrigere, et reformare, ac in catholicæ fidei, et regularium institutionum observantia, et apostolicæ Sedis obedientia confirmare, et alia, quæ pro eorum salute et fidei catholicæ propagatione secundum Deum expedire judicaveris, dummodo judicialiter non procedant, facere, nec non

Ratio, et tenor  
mandati.

circa bona ecclesiastica, quæ quoquomodo destituta erunt, ne ad manus hæreticorum deveniant, opportune providere, et propterea de illis dummodo valore mille scutorum aureorum fructus, redditus, et proventus annui centum florenos monetæ illarum partium non excedant, nec non etiam de illis bonis mobilibus, et immobilibus, quæ ecclesiasticis, et penitentibus pro tempore restitui contigerit in pios usus, aut alias disponere, ita tamen quod hujusmodi bona venditionis, permutationis, aut alias quovis titulo alienationis nullo pacto alienentur, nisi de ejusdem utilitate, seu necessitate ecclesiæ constiterit, et alienationis causa te probata fuerit cujus conscientiam desuper oneramus, et dummodo dispositio ista sic fiat, ut si aliquando contingat, quod Nos desiderio desideramus, catholicam fidem ibi restitui, et provincias easdem a catholicis, et legitimis dominis recuperari, bona prædicta ad ecclesias seu loca pia, ad quæ pertinebant, redeant, ipso jure, ac illis restitui debeant; liceatque interim catholicis quibuscumque bona, quæ ad ecclesias aliquando pertinebant conducere, pactumque in locatione pretium locatori tanquam justo possessori, sive hæreo præstare, nec justo Domino nullatenus ad restitutionem teneantur, sed ut lucrum, quod inde forsitan perceperint, salva conscientia possidere, et retinere, ac etiam quod in eisdem locis dumtaxat illas personas, quæ etiam forsitan post publicationem concilii Tridentini in eorum locis, et parochiis legitime factam, sive uti juris ignari, sive ob antiquum ejus nationis abusum, vel quia ecclesiis ab hæreticis occupatis, catholico parrocho destitute neque alterius catholici sacerdotis copiam habentes, matrimonium inter se forma per dictum concilium Tridentinum præscripta minime servata, et hæreticorum more contraxerint, ac in matrimonio manerentrique conjuges cupiant, non tamen inter ascendentes, et descendentes, et dummodo primo, et secundo in linea æquali gradu consanguinitatis, vel affinitatis non sint, nec aliqui eorum voto religionis, et castitatis adstricti, seu aliquo sacro ordine initiati existant imposita ipsis pro modo culpæ penitentia salutari ab hæresis labe, incestus reato, et excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, quas

propter præmissa quomodolibet incurrerint, et excessibus in utroque foro absolvere, nec non cum eis, ut publice, vel occulte ratione loci, personarum, et temporis matrimonia inter se de novo contrahere, ac in eis postmodum remanere libere, ac licite valeant dispensare, prolemque exinde suscipiendam, et suscipiendam legitimam decernere, aut si post priorem contractum matrimonii mulier in hæresim lapsa sit, nec velit uti presbyteri catholici opera, aut iterum catholicam nuptiarum formam subire, habito solo utriusque mutuo consensu in matrimonio permanendi, et commemorandi absque tamen contumelia Creatoris, ac prolem susceptam, et suscipiendam legitimam decernere, ac cum aliis quibuscumque illarum partium personis catholicis, quæ in quarto simplici, vel tertio, et quarto consanguinitatis, seu affinitatis gradu conjunctæ, seu se adjacentes, ob catholicorum penuriam matrimonium contrahere libere, ac licite valeant dispensare, prolem exinde suscipiendam legitimam nuntiare, atque laicorum opem in defectu religiosorum, dummodo de eorum in fide catholica, constantia, et doctrina ita certi sint, ut nullus error ab ipsis timendus sit in verbis Dei prædicationibus, seu exhortationibus privatim, et secreto cum fructu fieri solitis, uti libere, ac licite valeant; quodque liceat illis habere altare portatile cum debitis honore et reverentia, super quo in locis ad hoc congruentibus, et honestis, antequam e luce dies, cum casus necessitatis postulaverit, missas celebrare valeant, quodque ipsi aliis illarum partium sacerdotibus eandem facultatem habendi altare portatile pro missis modo prædicto, et necessitate, ut præfertur urgente, celebrandis concedere possint.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac monasteriorum, et locorum piorum prædictorum, illorumque ordinum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singu-

Derogatio contrariorum.

lis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod si tu, aut aliqui eorum, qui a te ad hoc deputati fuerint, ut præfertur, ratione præmissorum aliquid muneris, aut præmii, etiam sponte oblatis recipere, exigere, aut petere ausi fueritis, eo ipso excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurratis, et nihilominus quidquid per vos gestum fuerit irritum et inane existat. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anulo piscatoris die decima tertia augusti millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

## DCCCXXIII.

Dat. die  
24. augusti  
1790  
anno XVI.

Terra montis Filoptrani Auximanzæ diocesis erigitur in civitatem.

## Pius PP. VI.

## Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. **I**nter multiplices tribulationes, quæ invenerunt Nos nimis a pastoralis officii ministerio, quod humilitati Nostræ nullis Nostris suffragantibus meritis, ex alto conceditum fuit, hæc absolum esse arbitramur ad ea, quæ oppidorum illustrium Nobis, et apostolicæ Sedi etiam in temporalibus subjectorum splendidiori ornamento conducere, et populis erga Nos, eandemque Sedem fide, ac devotione præstantibus peculiarem consolationem afferre, illisque amplioribus titulis, et honoribus decorari possunt, consilia, curasque Nostras etiam convertere, ut hi novis hisce beneficiis devincti suam fidem, et studium erga Romanam Ecclesiam illorum matrem, et dominam in dies impensius intendant, ac cæteri ad similia largitionis munera promerenda inducantur.

Præstantia terre describitur

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum communitatis, et hominum oppidi Filoptrani, seu vulgo montis Filoptrani Auximanzæ diocesis

Nobis expositum fuit, quod cum oppidum istud jam inde a sæculo quinto ex diruto, ut fertur, Veragræ Romanorum municipio eruperit, sensim subinde ad illam amplitudinem excrevit, ut non solum septem circiter millibus incolarum repertum sit; verum etiam cum maxima sit cœli benignitas, et loci salubritas, tum fertilitate agrorum, tum ubertate pabuli sui satis spatiosi territorii ad triginta, et ultra milliaria protensi facile cæteris circumstantibus Piceni terris, et oppidiis antecellat. Quapropter cum populares sui divitiis semper affluerint, plures inibi recensentur familiæ quæ jamdiu inter nobiles aliarum status nostri ecclesiastici civitatum numerantur, ac cum aliis nobilibus familiis affinitatibus, et cognationibus junctæ sunt; præter quinque ecclesias parochiales jam pridem pro spirituali oppidanorum consolatione erectas, alia etiam extat ecclesia, cui decem cappellani ad instar collegiatae ecclesiæ inserviunt, ac copiosus tum sæcularis, tum regularis clerus, neque desiderantur piorum hominum sodalitates, quæ ad sex usque numerantur; duo quoque montes erecti reperiuntur, frumentarius alter, et mons Pietatis cum satis amplo, ac commodo hospitali, et nosocomio. Tandem cum ædificiorum elegantia, atque ecclesiarum copia oppidum istud satis illustre videatur; hinc memorati exponentes, quo ipsis, et eorum patriæ præmissis dotatae titulis novum decoris addatur incrementum, eandem terram civitatis titulo, et nomine condecorari summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, atque etiam motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine terram Filoptrani, seu montis Filoptrani prædictam in civitatem teore præsentium perpetuo erigimus, et instituiamus, eique civi-

Erectio in civitatem.

tatis titulum, et denominationem cum omnibus honoribus, juribus, prærogativis, ac decorationibus, quæ cæteris omnibus ditionis Nostræ pontificiæ civitatibus competere dignoscuntur, nec non consalonerio, et prioribus, seu magistratui ejusdem terræ in civitatem, ut præmittitur, erectæ consuetis honoribus, et insigniis, quibus aliarum ejusdem ditionis civitatum magistratus de jure, usu, et consuetudine gaudere, seu uti possunt, pariformiter, ac parimodo, et absque ulla differentia gaudere, potiri, et uti concedimus pariter, et impertimur, ac ejusdem terræ incolas, et habitatores civium nomine decoramus, ita tamen ut nunc, et pro tempore existens episcopus Auximanus in dicta terra per Nos in civitatem erecta residere minime teneatur, sed illa ecclesiæ Auximanæ, ut prius subjecta remaneat, ac ex honore hujusmodi etiam in gubernium temporale nulla inducatur innovatio.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has præsentibus literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quicumque in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ propter quas præsentibus emanariis sufficienter adductæ, verificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quantumvis justa legitima, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso etiam enormis, enormissimæ, ac totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili, individuumque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra uti, seu se juvare posse; sed ipsas præsentibus literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quan-

documque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostræ apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ camerarium, aliosque cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit dictæ terræ, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta augusti millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostræ anno decimo sexto.

Derogatio contrariarum.

Dat. die  
5. augusti  
1799.  
anno XVI.

DCCCXXIV.

Confirmatur transactio canonicos sanctæ Mariæ in Vialata inter, et principem ab Auria inita.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Expositio pre-  
cua.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici parochialis, ac, ut asseritur, insignis collegiatae ecclesiae sanctæ Mariæ in Via lata de alma urbe, quod comperto per eos partem illam dictæ ecclesiae, quæ ad chorum subsidiarium internum, vulgo *il Coretto*, destinata existit, et palatio dilecti filii nobilis viri Andreae principis ab Auria adhæret, ob rimas, hiatusque præsertim in fornice satis frequentes prompta reparatione indigere, post inspectionem ea super re dilecto filio Joanni Giansimonio architecto demandatam, sedulam navarunt operam in evolvendis eorum archivii libris sperantes aliquid circa constructionem, et existentiam hujusmodi chori ex eis erui posse; nec frustra, nam quædam inventa est apocha inter tunc in humanis agentem Camillum principem Pamphilium, dictumque capitulum die viii mensis aprilis anni MDCCXXXI. edita, per quam, ultra alia pacta conventa, idem Camillus princeps onus ampliationis fabricæ sæpediti chori cum suis fornice, et tecto sibi assumpsit, prout in apocha ejusmodi, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri. Habita itaque per dictum Joannem architectum de, et super statu parietum, et fornicis prædictorum relatione, cum ex ea constiterit dictum tectum haud fuisse constructum, et ex ejus defectu parietes, et fornicem prædictos labefactos esse, et fatisci, exponentes manu ad opportunam reparationem admota, serio interim cogitantes quid super hoc negotio fieri oporteret, optimum factu censuerunt, prædictas apocham, et relationem eidem Andreae principi exhibere, prout exhibuerunt, ut ipse suum desuper sensum aperiret; qui quidem Andreas princeps, audito prins dilecto etiam filio Joanne Antinorio pariter architecto, et si nosset exceptiones nonnul-

las super intelligentia contractus per supradictam apocham initi sibi competere posse, nihilominus ad avertendas quascumque discordiarum materias, et litium anfractus ad amicabilem concordiam devenire statuit. Hinc variis per personas ab utraque parte deputatis habitis consessibus, demum ad optatam concordiam in quinque capitibus contentam deventum est, quorum tenor est qui sequitur videlicet.

§. 2. I. Che previo il beneplacito apostolico da riportarsi a tutta cura del reverendissimo capitolo per l'approvazione del presente contratto, debba rinunziarsi hinc inde alle ragioni, ed alle eccezioni qualsivogliano dalle prenarate cose, e circostanze, e da qualsivogliano altre non espresse, benchè degne di espressione, in qualunque modo risultanti, le quali facessero in contrario al piano, e temperamento della concordia, che si è stabilita; sempre però bene inteso, che dalla medesima non possa acquistarsi il menomo diritto, o dallo stesso reverendissimo capitolo a qualunque altro effetto, o da verun'altro contro l'eccellenza sua, e suoi ec. perchè così ec., e non altrimenti ec.

Tenor concor-  
dia.

§. 3. II. Che sua eccellenza a propria cura, e spesa, ed in corresponsività degli appresso esprimendi punti, debba fare risarcire quanto ci è di danno nella spesso detta volta del coretto, e muri della medesima a giudizio del di lui perito architetto signor Antinori, e di farla indiscoprire con camiglia di rame, e sopra con mattonato, che copra il rame ad uso di arte.

Onera susce-  
pta a principe  
ab Auria.

§. 4. III. Che alla futura conservazione poi, e ad ogni casualità, che in qualsivoglia tempo anche remotissimo fosse per accadere anche della totale rifabricazione dalla detta volta, l'eccellenza sua fin da ora, e sulli scandagli fatti della spesa occorrente riferita dal di lui architetto Antinori in scudi 73. 35., e dall'architetto Giansimoni per il reverendissimo capitolo in scudi 146. 38, come dalli fogli di questi rispettivi scandagli, che si consegnano a me notaro per inserirli del tenore ec. debba contribuire con sborsare fin da ora al reverendissimo capitolo scudi cento, da depositarsi, ed investirsi a favore del reverendissimo capitolo coll'espressione della provenienza dalla presente concordia, in guisa che cessi per tutti li tempi avvenire ogni altro peso della detta eccellenza sua e suoi ec., e che inoltre

Provisio pro  
tempora futu-  
ro.

al caso della rifabricazione della detta volta; da farsi come sopra a tutto carico del solo reverendissimo capitolo, abbiano dal medesimo a ripristinarsi lo stemma ed armi dell'eccellentissima casa.

Onera suscipia a rev. capitulo.

§. 5. IV. Che il reverendissimo capitolo in corresponsività di quanto sopra, ed anche per il caso di rifabricarsi in ogni futuro tempo anche remotissimo la volta; debba rinunziare ora per sempre ad ogni diritto di costruire sopra quella il tetto, salvo che nella rifabricazione volesse abbassare la volta in modo che nel coprirlo col tetto venisse al pareggio dell'altezza, che la è di presente senza il tetto.

Pactum de servanda lodia

§. 6. V. Che alla loggia, che copre quella parte postica del palazzo di sua eccellenza, situata incontro la sagrestia della chiesa, sia lecito alla medesima eccellenza sua, e suoi ec. di apporre una ringhiera di ferro a cancello, la quale venga a formare un riparo al sicuro camminare sopra la medesima, dovendo la loggia suddetta restare quanto alla di lei esistenza nell'istessa situazione, ed altezza da non alterarsi nè punto, nè poco, come l'istessa eccellenza sua ha progettato.

Preces portate pro confirmatione transactionis.

§. 7. Quindi il priore, e canonici del capitolo di santa Maria in Via lata supplicano umilmente la Santità vostra del beneplacito apostolico ad effetto di poter stipolare il suddetto istromento ec.

Cum autem sicut eadem expositio subungebat, quo concordia hujusmodi suum sortiatur effectum memorati exponentes eam apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri, atque in publicum super ea conditi instrumentum per Nos concedi plurimum desiderent.

Tenor apostolicæ confirmationis.

§. 8. Nos dictos exponentes specialibus grâtiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrierint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter portis inclinatis præinserta concordia capita auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint,

supplemus, et sanamus, utque ea super publicum condi possit instrumentum concedimus, et indulgemus.

§. 9. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et desiniri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel igoranter contingerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ecclesiæ, et capituli prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscunque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habeatis, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majoram sub annulo piscatoris die trigesima prima augusti millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

Derogatio contrarium.

DCCCXXV.

Dat. die  
10 septembris  
1790  
anno XVI.

Indulgetur ut ab utroque clero civitatis Mexicanæ officium sancti Eligii episcopi sub ritu dup. minori cum missa, et lectionibus propriis jam approbatis recitari possit.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit venerabilis frater modernus archiepiscopus Mexicanus, quod ipse ad augendam erga s. Eligium devotionem, et cultum, ut officium de com. Confess. Pont. sub ritu dupl. min. in honorem ejusdem s. Eligii cum lectionibus secundi, et tertii nocturni, ac missa propriis, jam pro capitulo, et universitate aurificum s. Mariæ vinearum civitatis Januensis alias, nempe die xii decembris MDCCLXXXVI. adprobatis, quotannis die prima decembris ab utroque clero suæ civitatis Mexicanæ recitari, et respective celebrari possit summopere cupiat; Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessionis  
tenor.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: attenta relatione dilecti filii magistri Karoli Erskine fidei promotoris: ut imposterum ab utroque clero civitatis Mexicanæ quotannis die prima decembris officium de com. Conf. Pont. sub ritu dupl. min. in honorem s. Eligii prædicti cum lectionibus secundi, et tertii nocturni, atque missa propriis, ac ut præfertur, adprobatis, recitari, et respective celebrari possit, ac valeat, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio con-  
trarium.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus ordinationibus, dictæque civitatis, ejusque cleri etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis sta-

tutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septembris millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXXVI.

Dat. die  
25. septembris  
1790  
anno XVI.

Ampliatio facultatum pro r. p. d. thesaurario generali, ejusque successoribus, in causis quibuscumque criminalibus.

Pius PP. VI.

Motu proprio

§. 1. **O**ltre la privativa giurisdizione, che in virtù di varie costituzioni, e di molti moti proprii, e chirografi de' diversi sommi pontefici Nostri predecessori compete al Nostro monsignor tesoriere generale, ed ai suoi successori in detto ufficio tanto come tesoriere, e collettore generale, quanto come soprintendente alle Nostre dogane, e rispettivamente come castellano della Nostra fortezza di castel s. Angelo, e come commissario generale del mare di procedere nelle materie, e nelle cause civili, criminali, e miste risguardanti li detti uffizi, e sulle persone, che a tali uffizi appartengono sono di più forniti esso Nostro monsignor tesoriere generale, e suoi suddetti successori delle facultà di procedere in certi casi espressi nelle præcennate pontificie disposizioni, contro

Enumeratio fa-  
cultatum, qui-  
bus utitur the-  
saurarius.

tutte, e singole persone ancora ecclesiastiche secolari, o regolari, mendicanti, o non mendicanti di tutti gli ordini militari, benchè Gerosolimitano, vescovi, arcivescovi, e qualunque altra persona, che godesse privilegi, tutto che con titolo oneroso, e che per ragione dell'uffizio, o dignità abbisognasse di espressa, ed individua menzione, ed anche contro dei di loro beni, e segnatamente di far perquirere per rinvenire frodi, e contrabandi di qualunque sorta non solo nei molini, case, collegi, conventi, ed altri luoghi immuni, e sagri, ma ancora nelle chiese delli sopraddetti ecclesiastici, ordini militari anche dei Gerosolimitani, ove dai defraudatori fossero state rimesse, ascose, custodite, o trafugate, robe, mercanzie, ed altro, per cui si dovesse pagare la gabella, o altra roba, o mercanzia, per la quale fosse stata conceduta la privativa, ed anche ivi fare tutti gli atti, che dal detto monsignor tesoriere generale, e suoi successori si stimeranno necessari, ed opportuni, senza licenza degli ordinari, governatori, giudici privati, superiori, e protettori, coll' intervento però, ed assistenza di persona ecclesiastica da deputarsi dal mentovato monsignor tesoriere generale, e suoi successori, ed inoltre di venire alle estrazioni delle suddette robe di contrabando, che dovessero pagare gabelle, o altro peso, e che godessero per privilegio la privativa, come ancora di altre robe, e mercanzie nei divisati luoghi trafugate per evitarne l'esecuzione di potersene servire per corpo di delitto nel giudizio criminale, e di procedere alla subastazione, e deliberazione rispettivamente fare tutti quegli atti necessari, ed opportuni, e coll' altre facoltà di suddelegare privatamente anche una, o più persone, che più piacesse al succennato Nostro monsignor tesoriere generale, ed ai suoi successori.

§. 2. Con pregiudizio però di quella speditezza, che esigono precisamente le inquisizioni criminali mancando allo stesso Nostro monsignor tesoriere generale, ed ai suoi successori nei detti uffizi le facoltà di far esaminare le persone ecclesiastiche nelle cause delle succennate persone dipendenti, e subordinate alla riferita privativa giurisdizione per li delitti tanto comuni, quanto riguardanti l'esercizio delle proprie incombenze, che non solo in Roma, ma eziandio nei feudi, tenu-

te, e beni enfiteutici camerati, e circondario Pontino, ed in tutte le altre città, terre, castelli, ed altri luoghi anche baronali, mediatamente, o immediatamente soggetti alla santa Sede, si commettono dalle surriferite persone, e contro delle quali possono rispettivamente procedere esso monsignor Nostro tesoriere generale, e suoi successori nei detti uffizi, anzi le medesime cause soffrono un pernicioso ritardo dal non poter li ministri del tribunale del detto Nostro monsignor tesoriere generale, e suoi successori nei detti uffizi accedere ai spedali, ed altri luoghi immuni per ivi ricevere le incolpazioni dei feriti, ed offesi, ed assumere li corpi dei delitti, come ancora dal non esser permessa nel medesimo tribunale la legittimazione dei processi per confronto dei testimoni fiscali cogli' inquisiti, e dal procedersi contro di questi col mezzo di citazioni formali, allorchè si debbono eseguire le risoluzioni delle congregazioni criminali del ridetto Nostro monsignor tesoriere generale, e suoi successori.

§. 3. Volendo pertanto Noi togliere tutti questi impedimenti, e provvedere insieme al più possibile disbrigo delle cause, ed al sollecito corso della giustizia, la quale produce migliori effetti, se è prontamente amministrata, ed eseguita, colla presente cedola, in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserito l'intero tenore delle succennate costituzioni, moti proprii, chirografi, e di altri indulti, e privilegi concessi, ed emanati dai prelodati sommi pontefici Nostri predecessori, e segnatamente della Bolla di Sisto Quinto del 23. gennajo 1590., dei chirografi d' Innocenzo XII. del 7. dicembre 1695., 15. settembre 1696.; 19. giugno 1700., di Clemente XII. del 12. settembre 1731., 21. agosto 1732., 2. febbrajo 1734., e 21. novembre 1739., del motu proprio di Benedetto XIV. del 19. ottobre 1740., di altro chirografo dello stesso pontefice Benedetto XIV. del primo febbrajo 1741. diretto a monsignor Filippo Bondelmonte allora governatore, e vice-camerlengo della Nostra città di Roma per la cumulativa giurisdizione col divisato monsignor tesoriere generale, e suoi successori sopra le persone dei semplici patentati, ed altri soprannumerari della Nostra fortezza di castel s. Angelo nelle materie indifferenti, e non riguardanti li

Tenor pradicato concessione.

Necessitas novarium concessionem.



proprij uffizi di altri moti proprii dal medesimo pontefice del primo marzo 1742., del 31. marzo 1745. del chirografo del 19. ottobre 1748., degli altri due moti proprii del medesimo Benedetto XIV., del 30. gennajo 1751., e del 15. settembre 1756. del chirografo di Clemente XIII. del 26. maggio 1762. e di altro Nostro moto proprio segnato il 19. maggio 1784., e di qualunque altra cosa quantosivoglia necessaria di esprimersi, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema potestà, approvando, e pienamente confermando le suddette apostoliche concessioni sulla detta privativa giurisdizione civile, criminale, e mista, e sull' amplissime facoltà di sopra espresse, concediamo di più e conferiamo al suddetto Nostro monsignor tesoriere generale, e suoi successori nei replicati uffizi di tesoriere, e collettore generale, di soprintendente alle Nostre dogane, di castellano della Nostra fortezza di castel s. Angelo, e di commissario generale del mare, ed alli ministri, che attualmente servono, e serviranno al suo tribunale per li mentovati uffizj, ancorchè siano, e fossero meri laici, le altre facoltà di poter sottoporre, ed astringere agli esami le persone ecclesiastiche, secolari, o regolari, ed in qualunque modo privilegiate, ed esenti, che avessero bisogno di special menzione nelle cause di quei, che sono dipendenti, e subordinati alla menzionata privativa giurisdizione per li delitti tanto comuni, quanto risguardanti l' esercizio delle proprie incombenze, che non solo in Roma, ma eziandio nei feudi, tenute, e beni enfiteutici camerati nel circondario Pontino, ed in tutte le altre città, terre, castelli, e luoghi anche baronali mediatamente, ed immediatamente soggetti alla santa Sede si commettono dalli surriferiti dipendenti, e subordinati, e contro de' quali possono rispettivamente procedere esso monsignor tesoriere generale, e suoi successori nei detti uffizi, senza veruna dipendenza dagli ordinarij governatori, giudici privati, e superiori delle dette città, terre, castelli, ed altri luoghi surriferiti, servata però quanto ai contrabandi, ed alle perquisizioni delle robe fraudolenti, nascoste, e trafugate nei luoghi sagri, ed immuni la forma dei suddetti chirografi d' innocenzo XII. del 7. dicembre 1695. del 15. settembre 1696. del 19. giugno 1700., e di Cle-

mente XII. del 12. settembre 1731., e del 21. novembre 1759., per l' intervento di persona ecclesiastica; e qualora accada che nelle suddette cause debbano procedere altri ministri, che non siano addetti attualmente al suddetto tribunale di monsignor tesoriere, e suoi successori, concediamo similmente ai medesimi monsignor tesoriere, e successori nei detti uffizi, che possono comunicare a tali ministri non attuali da loro suddelegati non solo le facoltà di inquirere, e di procedere per le materie de' contrabandi contro le suddette persone ecclesiastiche nel modo stesso, con cui procederebbero gli attuali ministri del tesorierato, e ciò non ostante l' espressione di qualche bando, che potesse mai interpretarsi diversamente. Ma anche l' altre di poterle astringere, e sottoporre agli esami non solo per le materie dei contrabandi, ma anche per tutti gli altri delitti comuni di sopra espressi, sempre però coll' assistenza di persona ecclesiastica da deputarsi o dal detto Nostro monsignor tesoriere generale, e suoi successori nei detti uffizi, o da chi sarà da lui, o dal loro delegato senza veruna dipendenza dagli ordinari, e dai ministri delle curie ecclesiastiche. Concediamo inoltre alli suddetti ministri quantunque meri laici, che attualmente servono, e che serviranno al divisato tribunale del detto Nostro monsignor tesoriere generale, e suoi successori nei detti uffizi la facoltà di potere in tutti gli enunciati casi, materie, e delitti accedere agli spedali, ed altri luoghi immuni della Nostra città di Roma, ed in essi ricevere le incolpazioni degli offesi, e dei feriti, assumere li corpi dei delitti, e poter ancora far uso in giudizio tanto delle altre incolpazioni, quanto degli atti dei divisati corpi dei delitti, come se fossero stati formati, e rispettivamente ricevute in luoghi meramente profani, ed inclusivamente sino alla sentenza definitiva, e sua totale esecuzione.

§. 4. Rapporto poi alla legittimazione dei processi, accordiamo, e concediamo al suddetto Nostro monsignor tesoriere generale, e suoi successori nei detti uffizi, loro ministri, e delegati la facoltà di poter procedere alla detta legittimazione, anche per mezzo del confronto dei testimoni fiscali cogli inquisiti nel modo stesso, forma, e stile, con cui suole esercitare una tale facoltà il tribunale del governo di Roma;

Praxis servanda in processibus criminalibus.

e finalmente quanto alle citazioni formali ai medesimi inquisiti per le esecuzioni delle risoluzioni della congregazione criminale del detto Nostro monsignor tesoriere generale, e suoi successori nei detti uffizi, vogliamo, ed ordiniamo, che intervenendo nelle riferite congregazioni uno dei cancellieri, e segretari della Nostra camera apostolica da scegliersi da loro medesimi, o uno dei sostituti notari criminali similmente da deputarsi dai detti segretari, e cancellieri, quante volte ad essi parerà, e piacerà, e registrandosi dal detto segretario, e cancelliere, o dal sostituto notajo deputato le succennate risoluzioni nel solito libro, che si conserva nell'uffizio criminale sottoscritte, che saranno da quel segretario, e cancelliere, o da quel sostituto notajo, che si sarà trovato presente in congregazione, abbiano le dette risoluzioni forza, e vigore di atti giudiziari, e si possa procedere all'esecuzione delle medesime risoluzioni senza veruna citazione, o intimazione, purchè però non si tratti della pena della vita, o di condannati in contumacia, nei quali casi vogliamo, che si osservi il solito a forma della disposizione di ragione delle costituzioni apostoliche della pratica, dei stili, e della consuetudine degli altri tribunali in simili casi per esser tutto ciò mente, e volontà Nostra precisa.

§. 5. Volendo, e decretando, che la presente Nostra cedola di moto proprio, benchè non ammessa, nè registrata in camera, e ne' suoi libri vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla Nostra semplice firma, nè gli si possa in alcun tempo opporre di surrezione, orrezione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, e che così, e non altrimenti debba sempre nelle cose premesse, e ciascuna di esse giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualunque giudice, e tribunale ancorchè collegiato, e composto di reverendissimi cardinali, ed anche legati a latere, vice-legati, e da qualunque altro di qualsivoglia preminenza, e superiorità, togliendo loro, ed a ciascuno di essi la facoltà, ed autorità di giudicare, e decidere, definire, ed interpretare diversamente, dichiarando da adesso preventivamente nullo, irritato, ed invalido tutto ciò, che scientemente, ed ignorantemente si facesse, o si tentasse di fare in contrario, ancorchè non

vi siano stati chiamati, citati, nè sentiti monsignor commissario generale della Nostra camera, il fiscale generale, li capi de' tribunali anche collegiati, e composti come sopra di reverendissimi cardinali, e qualsivoglia altri, che vi avessero, o pretendessero di avervi interesse, non ostante la Bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, e qualsivoglia rescritti, risoluzioni, sentenze, e decreti, che in qualunque caso, e tempo fossero emanati da qualsivoglia giudice, e tribunali, quali in caso che fossero contrari a quanto abbiamo, come sopra, prescritto, ed ordinato, annulliamo, revochiamo, e dichiariamo nulli, irriti, ed invalidi, talmente che non possano mai dedursi, nè allegarsi in esempio, bolle, chirografi, moti proprii anche concedenti a qualunque altro tribunale, compreso ancora quello del governo di questa Nostra città di Roma la cumulativa di procedere con altri tribunali, che generalmente, o specialmente godono la privativa giurisdizione, la regola della Nostra cancellaria *de jure quæsito non tollendo*, e qualsivoglia altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi civili, e canoniche statuti, loro riforme, usi, stili, e consuetudini ancorchè immemorabili, bandi penali, liti pendenti, ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il loro tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e supplendo Noi colla pienezza della Nostra suprema, ed assoluta potestà a qualunque vizio, e difetto quantunque sostanziale, e formale, che nelle cose premesse potesse intervenire, per questa volta solamente, ed all'effetto premesso specialmente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 25. settembre 1790.

PIUS PP. VI.

Clausula salutaris, et irritantes, cum derogatione contrariorum.

DCCCXXVII.

Dat. die  
28 septembris  
1789  
anno XVI.

Instante archiepiscopo Trevirensi sup-  
primitur monasterium beatæ Mariæ  
virginis Springirsbacensis, et erigitur  
equestris collegiata ecclesia.

Venerabili fratri Clementi Wenceslao  
archiepiscopo Trevirensi, et S. R. I.  
principi electori.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem

**P**ermulta, atque præclara re-  
gularium ordinum in christianam rem-  
publicam merita, quæ, et in salutem  
animarum, et in religionis cultum, et  
in proximorum ædificationem longe,  
lateque dimanant, ita summorum pon-  
tificum prædecessorum Nostrorum cura,  
et sollicitudinem in omni tem-  
pore excitarunt, ut ad illorum decus  
amplificandum, propagandumque, et  
si quid vetustate immixtum, aut rerum  
humanarum vicissitudinibus con-  
tractum sit, instaurandum, restituendumque  
modis omnibus adlaboraverint: nec vel  
ullum unquam ex dictis religiosorum  
cœtibus, atque familiis, vel etiam  
aliquod illorum monasterium, seu  
conventum funditus interire, penitusque  
extingui passi sunt, nisi cum aut  
summis versari angustiis, aut eorum  
res, spesque omnes adeo pessundatas,  
atque labefactas esse cognoverint,  
ut nullo prorsus pacto ulterius  
possent consistere.

§. 2. Nuper siquidem pro parte di-  
lectorum filiorum moderni prioris, et  
canonicorum regularium ordinis sancti  
Augustini monasterii beatæ Mariæ vir-  
ginis in Springirsbach, cum jam illius  
abbas ab anno, et ultra defunctus sit,  
istius diœcesis Trevirensis, ac in illius,  
et ducatus Bipontini respective terri-  
toriiis existentis expositum Nobis nuper  
fuit, quod licet alias, et ab ipsa sui-  
met fundatione circa scilicet undeci-  
mam sæculum a pia muliere Benigoa  
de Daun, ut asseritur, facta, et ad  
sequiora usque tempora canonici regu-  
lares in monasterio, seu abbatiâ hu-  
jusmodi, quæ postmodum eximiiis, lar-  
gisque donationibus, tum ab archie-  
piscopis Trevirensibus, tum a comi-  
tibus Palatinis fuerat aucta, atque cu-  
mulata, viveat, in quorum numero,  
ut plurimum nobiles, ac decentis fer-

me annis omnes de illustri genere na-  
ti erant, orationibus, et choro iugiter  
vacando, vitæque monasticæ regulis as-  
sidue insistendo, susceptam viveendi ra-  
tionem religiose custodierint, finitimis-  
que populis quam maxime utiles es-  
sent: attamen cum nihil humanum du-  
rabile, novissimis temporibus, et hac  
præsertim tempestate, in qua adole-  
scentes propter huius sæculi cupidita-  
tem ab humili, ac laborioso cœnobi-  
tarum institutum, facile deterrentur, fa-  
ctum est, ut tepescente regularis di-  
sciplinæ fervore raro nobiles indigeni,  
pauci vero alienigeni inventi sunt, qui  
in hoc monasterio, seu abbatiâ huic  
vitæ generi se mancipare voluerint: at-  
que hinc numerus capitularium pau-  
latim decrescens adeo nunc imminutus  
est absque spe illud augendi, ut com-  
prehenso priore septem tantum nome-  
rentur canonici regulares, qui cum ut  
plurimum viribus, ac senio confecti  
sint, præscripta regularia onera vix, aut  
ne vix quidem adimplere possunt, proin-  
deque in dies divinum cultum deesse,  
ipsam fundationem deficere, penitus-  
que interire necesse sit. Quæ cum ita  
sint cum ejusdem monasterii bona par-  
tim in condominio pro tempore exi-  
stentis ducis Bipontini, partim in ipso  
Bipontino ducatu heterodoxorum par-  
tibus addicto consistant, immo, cum  
dilecti filii nobilis viri Caroli Augusti  
moderni ducis Bipontini, licet appri-  
me catholici, aulici, et administri sic  
cogentibus rerum circumstantiis, vel  
Augustanæ confessionis, vel sic dictæ  
reformatæ religionis partes sequantur,  
verendum valde est, ne præfata bona  
ad prophanos usus, et catholicæ reli-  
gioni prorsus alienos paulo post appli-  
centur. Quocirca cum memorati expo-  
nentes hæc ingruentia mala avertere,  
immo ex eis multam quoque catho-  
licæ Ecclesiæ utilitatem capere deside-  
rent, idque facile consequi posse in se  
recipiant, si immutata ipsius abbatiæ  
regularis conditione illa in equestrem  
collegiatam ecclesiam sub certis legi-  
bus, ac statutis auctoritate apostolica  
convertatur; unanimi consensu tuum  
consilium, inique patrocinium im-  
plorarunt, ut id negotii tam grave,  
tamque difficile susciperes.

§. 3. Itaque cum nil tibi antiquius  
sit, quam ea, quæ in populorum tuæ  
pastorali sollicitudini concreditorum,  
spiritualem ædificationem, divinique  
cultus augmentum cadunt, curare, con-  
stito tibi prius de ejusdem Caroli Au-  
gusti ducis Bipontini monasterii hujus-

Ratio erigen-  
dæ collegiatae.

Proemium.

Expositio pro-  
cæm correctu-  
rum a priore  
et canonicis  
regularibus.

modi, ut præfertur, condominium territorialis a dictis canonicis regularibus hisce desuper reportato consensu, immo cum ipso etiam communi consilio, ablegataque locali commissione ad probanda vera esse, quæ asserebantur, cum tibi omnia supereuanciata, præsertim vero memoratorum iuvenum, qui nobilitate generis conspicui sint, quique institutum prædictum profiteri cupiant, defectum probata apprimè fuerint, ideoque cõveris, neque antiquam monasterii prædicti conventualitatem, neque regularem disciplinam, ac observantiam restitui fas esse, et jam jam ipsam foundationem ad interitum prorsus rui, e converso innumera propemodum, tum religioni, tum reipublicæ parari possent commoda, si suppresso, ac aboleto monasterii prædicti regulari instituto, illiusque superstitibus canonicis regularibus prædictis ad sæcularem statum redactis, ecclesia ejusdem monasterii in sæcularem, et equestrem collegiatam erigatur, institutis octo canonicis sæcularibus clericis, seu presbyteris, quorum quinque de nobili genere sint procreati, cæteri vero in sacra theologia, vel in utroque, aut saltem canonico jure, seu alias in artibus sint graduati, et quorum alius decanus, alius custos, tertius cantor, et quartus cellerarius existat. Sex quoque vicarii fundentur, inter quos uni animarum cura præcipue, ac principaliter incumbat, cæteri vero curæ subsidiariæ addicti cunctis dominicis, aliisque de præcepto festivis diebus in ipsa sic erigenda collegiata ecclesia verbum prædicare Dei, catechizare, ecclesiæ sacramenta administrare, et Christifidelium confessiones excipere alternis vicibus teneantur. Sic enim circumjacentium pagorum, et villarum incolæ ad hanc sic instructam ecclesiam dominicis, aliisque festivis diebus, ut solent, confluentes, quidquid ad catholicam religionem, ad pietatem, ac bonos mores pertinet, facile percipientur, patriæque nobilitati esset consultum, atque hinc etiam opportunissima suggerentur media, quibus viris de catholica Ecclesia, et reipublica benemeritis rependi, adolescentibus, qui optimam de se concitarunt expectationem ad scientiarum, bonarumque artium, ac virtutum studia impelli, ac excitari liceret, ut deinde in utiles Dei ministros assurgentes in Ecclesiæ, et reipublicæ commodum sui expectationem sustinere, tuerique possent. Quibus omnibus rite, seduloque, a te consideratis, cognitaque tempo-

rum acerbitate, nil propterea hisce difficillimis temporibus opportunius, nilque aptius fieri posse, quam si hoc suppresso monasterio omnia prædicta auctoritate apostolica perficientur; Nobis hinc pariter cum memoratis exponentibus supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur tui, eorundemque exponentium testimonio freti, cum constet ob valde imminutum canonicorum regularium dicti monasterii numerum, quin in hisce difficillimis temporibus spes effulgeat illud imposterum augendi, omnino regularem observantiam in monasterio prædicto defecisse, præclusumque esse omnem aditum ad illam restituendi, proindeque nullum commodum ex illius subsistentia, in circumstantibus populis promanare. Atque ex supradictis omnibus causis, aliisque rationibus adhiberi præclara Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum in similibus casibus exempla sectantes, omnesque, et singulas personas, quarum favore præsentis Nostræ literæ spectant, atque concernere possent a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, tuisque, ac memoratorum exponentium precibus hisce desuper Nobis humiliter porrectis inclinati fraternitati tuæ, de cuius zelo, prudentia, ac summa in rebus gerendis dextertate plurimum in Domino confidimus per præsentem committimus, ac mandamus, ut in dicto monasterio abbatiæ beatæ Mariæ virginis Springirsbacensis, ut præfertur nuncupat. abbatialis, et conventualis mensarum, ac singulorum officiorum claustralium, et locorum canonicalium, aliorumque membrorum quorumcumque quovis nomine nuncupatorum ab eo respective dependentium nomen, titulum, denominationem, naturam, et assentiam regularia, ac omnem respective statum, dependentiam, et instituta regularia, ejusdem monasterii dignitatem ipsam abbatialem, illiusque titulum etiam collativum auctoritate Nostra apostolica supprimas, et extinguas, ac ad statum sæcularem dictum monasterium, illiusque officia claustralia, loca canonicalia, et alia membra quæcumque quovis nomine ab eo, ut præfertur,

Tenor conceSSIONIS.

nuncupata dependentia auctoritate prædicta perpetuo redigas, et inmutes.

Conservatio  
privilegiorum.

§. 5. Nec non ipsum modernum priorem, et sex canonicos regulares in monasterio, et ordine prædictis expresse professos ad statum pariter sæcularem, salvis, et illasis remanentibus privilegiis, indulgiis, exemptionibus, prerogativis, honoribus, aliisque gratis quibuscumque tam spiritualibus, quam temporalibus, et mixtis dicto monasterio, ac canonicis regularibus supra dictis apostolica, aut quavis alia auctoritate quomodolibet concessis, ac etiam de jure, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet competentibus, quoad ea tamen, quæ in usu sunt, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, et concilii Tridentini decretis, seu statuti sæculari non repugnent, cum omnibus applicationibus quorumcumque fructuum, bonorum, jurium, ac proprietatum, et actionum quarumcumque ad illorum respective favorem, et commodum alias tamen canonice factis, nec non cum decimis, juribus, laudemis, recognitionibus, servitutibus, livellis, possessionibus, proprietatibus, legatis, donationibus, rebus, et bonis ad illos legitime spectantibus, et quæ in futurum quomodolibet spectare poterunt, tam per Sedem apostolicam, illiusque legatos, aut nuncios, quam per imperatores, reginas, principes, et alios utriusque sexus Christianifideles quoscumque etiam intuitu, et contemplatione religionis, seu status regularis, et quamdiu ille inibi vigeret, concessis, donatis, relictis, legatis, et elargitis: cum responsionibus, et præstationibus annuis, tam in pane, vino, pecuniis, granis, frugibus, et aliis quibuscumque rebus consisteatibus abbati, priori, et canonicis regularibus ipsius monasterii conjunctis, et eorum unicuique in specie debitis, in omnibus, et per omnia perinde ac si status regularis hujusmodi minime immutatus fuisset, dicta auctoritate reduces. Atque memoratum priorem, et sex canonicos regulares hujusmodi ab omni, et quacumque observantia, vinculo, nexu, seu obligatione constitutionum, ordinationum, definitionum, institutorum, statutorum, et consuetudinam regularium monasterii, et ordinis prædictorum, quæ professi sunt etiam auctoritate apostolica confirmatorum, et roboratorum, et a quocumque votorum per eos emissorum obligatione, seu observantia, castitatis voto dumtaxat excepto, ita ut

ipsi deinceps, nec habitum regularem deferre, aut aliquid regularitatem indicans gestare, aut facere, vel constitutiones, ritus, mores, et statuta ordinis, et monasterii prædictorum etiam quoad victum, jejuniorum observantiam, seu ciborum abstinentiam, aut quævis alia, ad quæ ex virtute regulæ, et professionis per eos emissæ, vel consuetudine, aut quavis alia ex causa respective tenentur observari, et facere minime adstringantur, sed in habitu, tonsura, incessu, victu, moribus, et divinorum officiorum celebratione clericis, et presbyteris mere sæcularibus ubique libere, ac licite, et sine alicujus transgressionis aposthasiæ, inhabilitatis, et infamiæ nota, ac censurarum, vel aliarum pœnarum etiam per regulas, et instituta ordinis, aut apostolicas constitutiones quomodolibet comminatarum, vel inflictarum incursu se conformare libere, ac licite valeant, et omnino debeant, ita ut de cætero iidem prior, et canonici regulares clerici, seu presbyteri sæculares sint, et pro talibus vere omnino, ac in omnibus, et per omnia habeantur, et reputentur auctoritate prædicta absolvas, et totaliter liberes.

§. 6. Eisdemque priori, et canonicorum regularium personis, ut præfertur, in dicto monasterio professis, et ad sæcularem statum sic redactis, ut ipsi ad instar clericorum, seu presbyterorum sæcularium, prior videlicet infrascriptum decanatum, simulque unum, et unam ex canonicatibus, et præbendis, ut infra erigendis: quilibet vero ex prædictis sex canonicis regularibus unum pariter, et unam ex similibus canonicatibus, ac præbendis una cum altero ex officiis in infrascripta collegiata ecclesia, ut infra erigenda, insitueadis; et deinceps alia quæcumque una cum cura, et sine cura sæculari, nec non prædicti, et aliorum ordinum regularia beneficia ecclesiastica, etiam si sæcularia, videlicet alii canonicatus, et præbendæ dignitates, etiam si majores, et principales, personatus, administrationes, et alia officia etiam curata, et electiva in cathedralibus, metropolitanis, collegiatis, aliisque ecclesiis etiam si pastorales ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ fuerint: regularia vero beneficia hujusmodi, monasteria, prioratus etiam conventuales, et electivi fuerint, si eis alias canonice conferantur, et respective apostolica auctoritate prædicta commendentur, aut ipsi eligantur, presententur, vel alias

Provisiones  
circa personas  
prioris, et canonicorum.

assumentur ad illa, et instituuntur in eisdem: secularia videlicet in titulum, regularia vero beneficia hujusmodi in commendam recipere, et dummodo plura simul non sint quam quæ a concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, et quilibet eorum respective vixerit, præviis tamen dispensationibus apostolicis ad formam aliorum presbyterorum secularium acquirere, possidere, ac retinere, nec non quascumque pensiones annuas super similibus, vel dissimilibus beneficiis ecclesiasticorum fructibus, redditibus, et proventus, ac etiam distributionibus quotidianis apostolica auctoritate eis, aut quilibet eorum reservandas, etiam quoad vixerint, et quilibet eorum respective vixerit, percipere, exigere, levare, ac in suos usus, et utilitatem libere, ac licite convertere, ac tam de redditibus, seu assignamentis annuis per eos ad præsens percipi solitis, quam de eorum propriis bonis post secularizationem hujusmodi de novo acquirendis in eorumque personæ eis benevisæ de jure tamen capaci, favorem, et commodum etiam libere, ac licite testari, seu alias disponere, non autem succedere, seu obtinere successiones ab intestato, ita ut ipsi ne familiarum turbetur concordia, nec legitimam, aut quidquam aliud quod ad eorum respective parentes, consanguineos, sive alios etiam extraneos ratione professionis per eos emissæ, seu renunciationis ab iis ante professionem hujusmodi emissionem legitime factæ quomodolibet, tam ab intestato, quam ex donationibus, contractibus testamentis, aut qualitercumque hactenus delatum sit, prætere possint, sed legata, bona, ac jura ex testamento, et donationibus inter vivos, sive causa mortis, et ex quibuscumque licitis contractibus acceptare, acquirere, ac similiter de eis disponere valeant dicta auctoritate concedas, et indulgeas.

Erectio nova collegiate.

§. 7. Post hæc ut hæc suppressio, ac secularizatione hujusmodi aliquod commodum catholice religioni, et reipublice obveniat, eidem fraternitati tuæ pariter per presentes committimus, atque mandamus, ut ipsius monasterii, sic suppressi, et ad statum secularem, ut præfertur, redacti ecclesiam secularem, et equestrem collegiatam sub titulo, et invocatione ejusdem beatæ Mariæ virginis Spriogirsbacensis nuncupandæ cum infrascripto capitulo, choro, fabrica, mensa capitulari, arca, bursa, et sigillo communibus, omnibusque aliis signis, iq-

signis, privilegiis, juribus, exemptionibus, honoribus, et prærogativis, tam spiritualibus, quam temporalibus, præminentibus, antelationibus, concessionibus, et gratiis aliis secularibus, et æquestribus collegiatis ecclesiis, non tamen exemptis, sed jurisdictioni ordinariæ subjectis, de jure, usu, consuetudine, privilegio non tamen ex indulto, seu privilegio particulari competentibus, seu titulo oneroso concessis auctoritate Nostra apostolica erigas, et instituas: utque hæc ecclesia in secularem, et equestrem collegiatam, ut infra, erigenda, sub tua, ac pro tempore existentis archiepiscopi, et electoris Trevirensis jurisdictione, correctione, et visitatione persistere, ac statutis, et ordinationibus per te, aut tuos successores, ut infra, faciendis, et reformatis semper, et in perpetuum regi debeat, pariter statuas, atque declares.

§. 8. Volumus prætere, ut in ea unum decanatum, qui inibi dignitas principalis, et unica sit, quique una cum altero, et altera ex infrascriptis canonicatibus, et præbendis insimul absque dispensatione apostolica obtineri debeat, ad quem pro hac prima vice, et a primava illius erectione infrascripta vacantem tibi eundem modernum priorem ad statum secularem, ut præfertur redactum eligendi, illumque in eo respective instituendi plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur. Deinceps vero, et dum illum pro tempore per cessum, vel decessum, vel quovis alio modo vacare contigerit, electionem personæ idoneæ de gremio infrascripti capituli ad ipsos infrascriptos capitulum, et canonicos dictæ equestris, et collegiatae ecclesie, ut infra, erigendæ omni tempore spectare, et pertinere, ita tamen ut electio hujusmodi a fraternitate tua, vel a successoribus tuis archiepiscopis, et electoribus Trevirensibus pro tempore existentibus quemadmodum alias illis abbatibus monasterii hujusmodi, dum regulare erat, electionem a canonicis regularibus hujusmodi factam confirmandi ius erat, sic in posterum vestra ordinaria auctoritate semper, et quaecumque confirmanda sit, utque eadem electio fiat de uno presbytero ipsius equestris, et collegiatae canonico, qui caput capituli existat, primumque in eo, ac choro ipsius collegiatae, nec non singulis illius functionibus, et processionibus locum habeat, iisque gaudeat præroga-

Distributio dignitatum, et canonicorum.

tivis, quæ sibi de jure competere possunt, auctoritate, et tenore prædictis decernimus, atque mandamus; nec non octo canonicatus, totidemque præbendas, quorum quinque videlicet de nobili genere procreatis, reliqui vero tribus in sacra theologia magistris, vel in utroque, aut saltem canonico jure, seu alias per adprobatam studii generalis universitatem in artibus graduatis respective clericis, seu presbyteris futuris dictæ sæcularis, et equestris collegiæ ecclesiæ ut infra erigendæ canonicis illius capitulum componentibus affecti, et affectæ respective sint, et debeantur, quos tamen canonicatus, seu præbendas pro hac prima vice, et a primæva illorum erectione infrascripta etiam vacantes a te, quod ad illorum septem scilicet ejusdem supradictis ipsius monasterii priori, et sex canonicis regularibus ad sæcularem statum, ut præfertur, reductis: quo vero ad illorum octavam personæ tuo arbitrio eligendæ conferendos, aut conferendas esse concedimus.

§ 9. Deinceps porro ad canonicatus, seu præbendas hujusmodi similiter illos, et illas quotiescumque, et quomodocumque pro tempore vacare contigerit, nominationem, seu præsentationem respectivarum personarum, ut supra qualificatarum in eis per ordinarium loci respective instituendarum tibi, tuisque successoribus archiepiscopis, et electoribus Trevirensibus pro una; pro altera vero alteris vicibus supradicto Carolo Augusto, suisque successoribus ducibus Bipontinis respective pro tempore existentibus juxta conventionem inter eos initam semper alternatim perpetuo contemplatione, et intuitu territorialis condominii, ac donationum, ejusdemque sic suppressi monasterii favore dudum ab eis, ut præfertur, respective factam auctoritate, et tenore prædictis reservamus, illisque in futurum, ac perpetuo competere decernimus; insuper unum etiam custodis, alium cantoris, ac alium cellerarii respective perpetua officia per tres respectivos ejusdem sæcularis, et equestris collegiæ ecclesiæ sic erigendæ canonicos una cum suis canonicatu, et præbenda similiter absque dispensatione apostolica respective obtinenda, et ad quæ tam pro hac prima vice, et a primæva itidem illorum erectione infrascripta vacantia, ac etiam deinceps quoties illa pro tempore quovis modo pariter ex personis ea respective obtinentibus vacare contigerit, electionem per-

sonarum de eorum canonicorum gremio desumendarum ad primo futuros et pro tempore existentes decanum, capitulum et canonicos dictæ sæcularis, et equestris collegiæ ecclesiæ sic erigendæ perpetuo similiter spectare, et pertinere edicimus. nec non demum sex vicarias residentiales, quarum unam scilicet ad electionem dictorum capituli, et canonicorum ipsius equestris, et collegiæ ecclesiæ sic erigendæ in personam unius ex sex vicariis infrascriptis, illius vacatione pro tempore occurrente, ac etiam hac prima vice respective faciendam, cui regimen parochiale principaliter imminet, ac quoque subsidiarias nuncupandas ad formam statutorum a te, ut infra, conficiendorum, prævio tamen examine respectivarum personarum per examinatores in synodo diocæsana juxta concilii Tridentini formam deputatos, si istic sint, prout esse debent, sin minus absque illis faciendo respective conferendas, quibus in exercitio curæ animarum vicarium primarium, ut infra coadjuvandi onus incumbat, pro sex presbyteris futuris in dicta sæculari, et equestri collegiata ecclesia vicariis, qui alternis inter se vicibus singulis dominicis, aliisque de præcepto Ecclesiæ festivis anni diebus sacrum currens evangelium populo inter missarum solemniam exponere, et explicare, verbum Dei prædicare, catechizare, Ecclesiæ sacramenta ministrare, ac Christifidelium confessiones excipere omnino teneantur, auctoritate Nostra prædicta perpetuo, et respective erigas, et instituas.

§. 10. Ut porro futuri capituli hujusmodi subsistentiæ consulatur, nec non decanatus, canonicatus, et præbendis, officiis, ac vicariis, ut præfertur, erectis de congrua dote, illosque, atque illas pro tempore obtinentibus de congrua sustentatione provideatur, atque pro onerum eis, et eorum cuilibet respective incumbentium supportatione, nec non ejusdem sæcularis, et equestris collegiæ ecclesiæ sic erectæ, illiusque capituli, prædictæ fabricæ, aliorumque infrascriptorum manutentione ex integralibus ipsius monasterii, ut præfertur, suppressi redditibus, et proventibus, qui ad summam florenorum Rhenensium sexdecim mille, et nonigentorum septuaginta quatuor alborum trium, et denariorum quinque, exceptis silvis, demptisque oneribus ordinariis, annuatim ascendunt, aliqua constituatur summa: decanatus scilicet unam sexcentorum, ac unicuique ex

Concessio juris patronatus favore archiepiscopi, et electoris Trevirensis, et leges in electionibus servande.

Destinatio mensæ capitularis, et distributio inter ecclesiæ addictos.

prædictis octo canonicatibus, et præbendis aliam mille, et centum, ac cuilibet ex custodis nempe et cantoris utpote non multo labore gravatis aliam centum, cellerarii autem respective officiis prædictis aliam quadringentorum; itemque unicuique ex sex vicariis, ut præfertur, erectis huiusmodi aliam quadringentorum, et quinquaginta; nec non syndico capituli supradicti aliam septingentorum, ac æditi, seu sacristæ, et organico, seu organistæ ejusdem sæcularis, et equestri collegiatæ ecclesiæ cuilibet eorum videlicet aliam ducentorum, fabricæ demum supradictæ reliquam mille, et quingentorum florenorum Rhenensium prædictorum respective summas (cæteris mille, et sexcentis septuaginta quatuor florenis huiusmodi, et albis octo, et denariis quinque ex integralibus ejusdem monasterii fructibus huiusmodi superstantibus pro contributionibus, reparationibus ædificiorum, processibus, aliisque expensis extraordinariis pro tempore faciendis, prout desuper a te statutum, ac determinatum fuerit, reservatis, et addictis remanentibus) eadem Nostra apostolica auctoritate perpetuo, et annuatim respective assignes, concedas, et applices.

Monita circa implementum munerum, et onerum sup-  
portatione.

§. 11. Ne autem novi huius capituli institutio unquam a suo quo prodit sine, quemque collimat, et ad quem præcipue spectat, divini scilicet cultus promovendi, animarum salutem procurandi, desciscat, sed in eo ecclesiæ disciplinæ observantia iugiter, atque in ævum intacta servetur; idque non nisi ab optimis, providisque legibus, atque statutis non quidem a partibus, que propriæ aliquando carnis amore deceptæ nimium faventur sibi statuere visæ sunt, sed a locorum ordinariorum prudentia, et auctoritate faciendis, ac pro rerum, et temporum varietate mutandis, et corrigendis plurimum pendere noscatur. Hinc in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, et singulis futuris, et pro tempore existentibus ejusdem sæcularis, et equestri collegiatæ ecclesiæ, ut præfertur, erectæ capitulo, canonicis, vicariis, aliisque supradictis districte injungimus, præcipimus, et mandamus, ut ipsi, et eorum quilibet quibuscumque statutis, ordinationibus, capitulis, et decretis licitis tamen, et honestis, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini prædicti minime adversantibus, que pro supradictæ sæcularis, et equestri col-

legiatæ ecclesiæ sic erectæ, illiusque rerum, honorum, et jurium tam spiritualium, quam temporalium prospero, felicique statu, regimine, gubernio, et directione, diversorum officiorum, funeralium, anniversariorum, et suffragiorum celebratione, omniumque et singulorum onerum, elemosynarum et obligationum monasterio prædicto sic suppresso incumbendum adimplemento: distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, perceptione, repartitione, et divisione; poenarum per absentes, et divinis officiis suis loco, et tempore non interessentes, seu onera, et ministeria eis, et eorum cuilibet incumbenda subire, negligentes incurrendarum incursum: servitio chori præstando: cura animarum rite, recteque exercenda singulis præsentis, et absentis notandis: cæremoniis, et ritibus in dicta sæculari, et equestri collegiatæ ecclesiæ sic erectæ, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus huiusmodi servandis officialibus, ministris, et quibusvis inservientibus eidem sæculari, et equestri collegiatæ ecclesiæ sic erectæ, necessariis deputandis, et amovendis: ac pro ministeriis, et servitiis per se ipsos subeundis, salariis, et stipendiis præstandis; ac quibusvis aliis rebus in præmissis, ac circa præmissa quomodolibet necessariis, et opportunis edideris, et tuleris, ac edita, condita, et sancita tam tuam quam tui successores archiepiscopi, et electores Trevirenses pro tempore existentes necessitate, seu etiam utilitate suadente, pro tempore declaraveritis, interpretati fueritis, correxeritis, ac in meliorem formam redigeritis, seu alia etiam de novo, et ex integro eidem tamen sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii prædicti minime adversantia similiter edere, concedere, et sancire duxeritis in omnibus, et per omnia more aliorum capitulorum dictæ diocesis perpetuo subjecti esse debeant, illaque respective absque oppositione, controversia, et tergiversatione sub poenis in contravenientes inibi infligendis inviolabiliter, et perpetuo observare, et adimplere teneantur. Nos enim tibi omnem, et quamcumque necessariam et opportunam ad præmissa omnia, et circa ea, que ad optatum finem ea perducenda pertinent faciendi, gerendi, dicendi, et quatenus opus sit etiam quamcumque aliam personam in dignitate ecclesiastica constitutam pro huiusmodi execu-



tionis effectu subdelegandi, nec non super quacumque oppositione in illius acti quomodolibet oritura, servatis tamen, quæ fuerint de jure servanda etiam definitive pronunciandi, et exequendi, et exequi mandandi ea omnia, quæ pro rerum circumstantiis componere, ac constituere pro tua prudentia magis in Domino salubriter expedire conspexeris facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

Omne juris remedium tollitur contra executionem litterarum.

§. 12. Decernentes ipsas præsentēs litteras, et in eis contenta quæcumque semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari debere, nec nullo unquam tempore, ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis legitima, et juridica etiam pia, ac privilegiata, et speciali nota digna etiam ex eo, quod causæ, propter quas eadem præsentēs emanaverint adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, aut quolibet alio quantumvis substantiali, substantialissimo, et inexcogitato, ac specificam, et individuum mentionem, et expressionem requireate defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, aut controversiam revocari, vel ad viam, et terminos juris reduci, aut adversus illas restitutionis in integrum, seu aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu etiam motu proprio, et ex certa scientia, et de apostolicæ potestatis plenitudine concesso, et impetrato, quempiam uti, seu scjuvari posse, neque ipsas præsentēs litteras sub quibuscumque similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus etiam per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, ac Sedem apostolicam prædictam etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam concistorialiter, ac alias sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiam de eisdem præsentibus litteris, earumque tenore, ac data specialis mentio fiat pro tempore factis, faciendis, ac concessis, et concedendis comprehendens, sed semper, et omnino ab

illis exceptas, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum, et validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data concessas esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere.

§. 13. Sicque, et non aliter in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios; ac quoslibet alios quavis auctoritate, potestate, et prærogativa fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 14. Non obstantibus Nostri, et cancellariæ apostolicæ regulis de exprimendo vero annuo valore, nec non de jure quasito non tollendo, ac de unionibus committendis ad partes vocatis quorum interest, et Lateranensis concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, non nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis; nec non felicitis recordationis Benedicti ppi. XIV. super divisione materialium, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac ordinis, et monasterii prædictorum etiam jramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgentiis, et literis apostolicis superioribus; et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolutis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specificæ, expressæ, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil peccitus omissis, et forma in illis tradita observata in-

Derogatio contrariorum.

serti forent presentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime, specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat harum quoque serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Ceterum ne aliquod in actu executionis presentium suboriatur dubium, eidem fraternitati tue, cujus in Domino plenam fovemus fiduciam omnem trutinamus facultatem, ut pro tui prudentia premissa gerens, agat etiam quidquid iuxta contingentes circumstantias dixerit disponendum. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava septembris millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXXVIII.

dat. die  
28. septembris  
1792  
anno XVI

Immunitio festorum in civitate et diocesi Bachiensi in Brasilia.

Venerabili fratri archiepiscopo Bachiensi in Brasilia.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio concessionis.

§. 1. Cum, sicut quaedam sunt, ut inquit s. Leo magus, quae nulla possunt ratione conyelli, ita multa sunt, quae aut pro consideratione aetatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in iis, quae vel dubia fuerint, aut obscura id noverimus sequendum, quod nec praecipis evangelicis contrarium, nec decretis ss. patrum inveniatur adversum: ea propter apostolica haec sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quod integrum sibi fuit, consuevit supremam in iis suam auctoritatem interponere, quae caeteroquin ad majus divini cultus incrementum praescripta, aut per fugescentem in nonnullorum cordibus charitatem, ad otium, luxuriamque conventantur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessarium inopiam, non sine conscientiae angore contemnantur. Quoniam autem, sicut pro parte tua Nobis expositam

fuit, eidem fraternitati tuae innotuit, in tuis civitate, et diocesi Bachiensi adeo excreverunt calamitates, et angustiae propter presentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incolaeque, et praesertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedant, perpessissime cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mechanicis se addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contingit propter excretum dierum festorum numerum: ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos itaque, qui Christifidelibus, quantum cum Domino possumus salutare remedium potius ad aeternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste sustinendam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticae disciplinae rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratis, et favoribus prosequi volemos, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus in praedictis tua civitate, et diocesi Bachiensi existentibus, ut deinceps, exceptis omnibus diebus dominicis, nec non Natalis domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Ephiphaniae, Paschalis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac corporis Christi, et Ascensionis, nativitatis s. Joannis Baptistae, ac ss. Petri, et Pauli, ac Jacobi apostolorum, nec non commemorationis omnium sanctorum; praeterea quaeque dicatis beatae Mariae virginis immaculatae scilicet Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non s. patroni, aut titularis cujuslibet loci, pro hominibus ejusdem loci dumtaxat, festivis diebus, in quibus integra maneat praecipii obligatio, in reliquis vero festis, si per hanc sanctam Sedem praecipis, sive per synodales ejusdem diocesis constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa soli per majores

Tenor concessionis.

suos facti, quod quoad hanc partem etiam auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque, audita missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo prorsus conscientie scrupolo vacare possint, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, et mandes.

Derogatio contrariorem.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non diocesis prædictæ, illiusque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava septembris millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXIX.

Dat. die  
I. octobris  
1790  
anno XVI.

Madatur, ut servetur plena et perfecta alternativa in officiis provincialatus provinciæ Romandiolæ inter fratres aggregatos, et fratres ordinis principalis antiquæ observantiæ ordinis Carmelitarum calceatorum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii fratres ordinis beatæ Mariæ virginis de Monte Carmelo provinciæ Romandiolæ, qui alias ad congregationem Mantuanam ejusdem ordinis ante illius unionem, et aggregationem ordini principali fratrum Carmelitarum calceatorum antiquæ observantiæ per Nostras in simili forma Brevis diei xxi martii MDCCLXXXIII. expeditas literas factam spectabant, quod cum ipsis a dilectis filiis consilio ordinis principalis præfati in actu unionis, seu aggregationis hujusmodi plena, et perfecta alternativa in officiis provinciæ Romandiolæ præfate fuerit pollicita, quæ usque adhuc nondum impleta fuit, quo alternativa hujusmodi suum sortiatur effectum, atque insuper pro annua contributione, quæ ad sustentandam curiam generalitiam ab eis solvitur, quemadmodum prioribus conventuum Neapolitani, et Drepanitani alias concessum fuit, sic pariter prioribus suorum conventuum sancti Martini Majoris Bononiensis, et s. Pauli Ferrariensis jus utriusque suffragii in comitiis, seu capitulis generalibus rependatur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Expositio præcuni.

§. 2. Nos igitur memoratos exponentes specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodaræ existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati harum serie apostolica auctoritate statuimus, ut in proximo futuro capitulo, et deinceps inter fra-

Tenor concessionis.

tres aggregatos, et fratres ordinis principalis antiquæ observantiæ præfatos in officiis etiam provincialatus provinciæ Romanodiolæ dicti ordinis plena, et perfecta alternativa omnino servetur, ut illam infringere sub quovis prætextu, et causa nemini liceat, auctoritate, et tenore præfatis decernimus, atque mandamus. Præterea ad rapenda onera, quæ a dictis exponentibus anquatim feruntur, prioribus aggregatis nunc, et pro tempore existentibus conventuum sancti Martini Majoris Bononiensis, et sancti Pauli Ferrariensis, ut in proximo, et in futuris comitiis, seu capitulis generalibus jus utriusque suffragii de speciali dono gratiæ concedimus, et indulgemus.

Clausula sub-  
lata, et decre-  
tum irritans.

§. 3. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plearios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis plenissime suffragari, ac ab omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trarium.

§. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, memoratis Nostris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et provinciæ præfatorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgentiis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima octobris MDCCXC., pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXX.

Dat. die  
1. octobris  
1790  
anno XVI.

Extensio indulti recitandi officium, et celebrandi missam cum lectionibus sancti Eligii ad universam dioccesim Mexicanam.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Cum sicut venerabilis frater moderatus archiepiscopus Mexicanus Nobis exponi nuper fecit ipse, qui alias per apostolicas Nostras in simili forma Brevis die x septembris mox elapsi expeditas literas, ut quotannis die prima decembris ab utroque clero suæ civitatis Mexicanæ officium de communi Confessorum Pontificum sub ritu duplici minori in honorem sancti Eligii cum lectionibus secundæ, et tertiæ nocturnæ, atque missa propriis, jam pro capitulo sanctæ Mariæ Vinearum civitatis Jacuensis ad probatis recitari, et respective celebrari posse obtinuerit, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus fusius continetur, et præsens quo devotio erga dictum sanctum Eligium magis, magisque augeatur, memoratam indultum ad utrumque etiam clerum universæ suæ diocesis Mexicanæ per Nos extendi summopere cupiat.

Ratio concess-  
ionis.

§. 2. Nos dictam exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; audito magistro Carolo Erskine fidei promotore, concessionem prædicti officii, et missæ a Nobis, ut præfertur factam, ad utrumque clerum universæ Mexicanæ diocesis, servata in reliquis earundem literarum Nostrarum forma, et dispositione, auctoritate apostolica tenore præsentium extendimus, et ampliamus.

Concessionis  
tenor.

§. 3. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in apostolicis Nostris literis præmissis volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Ma-

Derogatio con-  
trarium.

jorem sub annulo piscatoris, die prima octobris millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXXI.

Dat. die  
9. novembris  
1790.  
anno XVI.

Confirmatio unionis parochialis ecclesie Visokiennicensis alteri parochiali Gluckoviensi Gnesnensis diocesis.

Venerabili fratri Ferdinando archiepiscopo Carthaginensi apud carissimum in Christo filium Nostrum Stanislaum Poloniæ regem illustrem Nostro, et apostolicæ Sedis nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem

Procurium.

§. 1. Quoties a Nobis illud petitur, quod religioni, et Christifidelium bono convenire dignoscitur, animo Nos decet libenti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem nobis nuper fecit venerabilis frater Michael archiepiscopus Gnesnensis, quod cum ipse alias cognoverit parochialem ecclesiam Gluckoviensem intra limites decanatus Skierniewicensis suæ Gnesnensis diocesis consistentem non solum a circumstantibus populis, verum etiam a fidelibus parochialis ecclesie Wisokiennicensis tunc vacantis intra possessiones, ac bona ad archiepiscopalem suam mensam spectantia existentis admodum frequentatam esse, pro sua pastorali sollicitudine, qua semper in promovendam divinum cultum, ac spiritualem Christifidelium, qui suæ vigilantie commissi reperiuntur, profectum procurandam intentus fuit, dicatam parochialem ecclesiam Gluckoviensem summo sumptu insigniter laxavit. Ast quum, et ad inceptam fabricam persequendam tum præcipue ad satisfaciendum assidue sumptibus pro illius conservatione necessariis redditus ejusdem parochialis ecclesie Gluckoviensis impares omnino esse vi constiterit, propterea ob hanc justam, ac utilem causam parochialis ecclesie Wisokiennicensis tunc vacans cum omnibus suis bonis, villis, pro-

ventibus, juribus, ac actionibus alteri parochiali ecclesie Gluckoviensi prædictæ in perpetuum sub certis pactis, et conditionibus coram altero ex iudicibus pro synodalibus ab ipso suffectis univit, et incorporavit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat meratus Michael archiepiscopus unionem, et incorporationem hujusmodi, quo firmitus subsistat, et servetur exactius, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsum Michaellem archiepiscopum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes: supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ, de cujus prudentia, fide, religionis zelo, ac summa in rerum gerendarum dexteritate plurimum in Domino confidimus, per præsentem committimus, ac mandamus, ut constituto tibi de utilitate unionis, et incorporationis hujusmodi illam sub iisdem legibus, et conditionibus, quibus ab eodem Michaelle archiepiscopo facta fuit auctoritate Nostra apostolica confirmes, et approbes, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adices, atque omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui hisce desuper quomodolibet intervenerint suppleas, et saues.

§. 4. Decernentes has præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio con-  
trariarum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non parochialis ecclesie Wisokiennicensis, et diocesis prædictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die nona novembris millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXXII.

Dat. die  
26. novembris  
1790  
anno XVI.

Exemptio nosocomii pauperum natorum civitatis Mexicanæ a jurisdictioni parochiali.

Pius Papa VI.

Ad futuram rei memoriam

Procurator.

§. 1. **P**ia loca quæcumque, præsertim vero illa, in quibus misericordie opera exercentur, Nos decet apostolicæ providentiæ favoribus prosequi, atque ea libenter concedere, per quæ locorum eorundem felici, ac tranquillo statui consulitur, ubi maxime ad id sublimorum principum preces accedant, prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Expositio præ-  
cum poerecta-  
rum a rege ca-  
tholico super  
peracta unio-  
ne.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit carissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus, quod cum ipse tum a suo pro-rege gubernatore, et duce generali provinciarum novæ Hispaniæ, tum etiam a regio fiscali, et a suo regio Indiarum consilio de pluribus contentionibus, ac dissidiis, quæ in civitate Mexicana in-

ter parochios ejusdem civitatis ex una, et administratores nosocomii pauperum natorum regni Mexicani ex altera parte propter jura mortualia quotidie exoriuntur, certior factus sit, et cum nil melius his firmiter occurrere posse existimet, quam si regium nosocomium hujusmodi ab omni parochiali jurisdictione per Nos eximatur; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur memorati Caroli regis catholici votis quantum cum Domino possumus annuere, ac specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, omnesque, et singulas personas, quarum favore præsentibus Nostre literæ concernunt, a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censeantes, supplicationibus hujusmodi inclinati, nosocomium prædictum, illiusque cappellanos ministros, inservientes inter ejus septa commorantes, ac in eo pro tempore degentes infirmos a quibusvis juribus parochialibus ecclesie parochialis, intra cujus limites nosocomium hujusmodi consistere dignoscitur, et ab illius pro tempore existentis parochi cura, et subjectione auctoritate apostolica tenore præsentium totaliter, et omnimode eximimus, et liberamus, et curam animarum tum infirmorum, tum ejusdem brephotrophii ministrorum, et insertentium prædictorum sacerdotibus, seu cappellanis pro tempore existentibus dicti nosocomii ab iis, ad quos spectat, vel pro tempore spectabit legitime deputatis, seu deputandis, et ab ordinario approbatis committimus, et demandamus, eosque in ipsorum parochos, et animarum suarum rectores constituimus, illisque in iis, quæ ad administrationem sanctissimæ Eucharistiæ etiam pro viatico, ac extremæ unctionis sacramentorum prædictorum servatis tamen sacris ritibus, ac cæremoniis a rituali Romano præscriptis, aliisque omnibus, quæ ad curam animarum, ac etiam ad jus tumulandi spectant, peccatis, et omnino eos subicimus, ita ut cura personarum sic exemplarum, ac jus sepeliendi, dummodo ipsi non sibi aliunde sepulturam eligant, ad cappellanos hujusmodi private, quoad dictum parochum super administratione omnium

Prævia deroga-  
tione juris pa-  
rochialis juris  
dicti nosoco-  
mii, et cura  
animarum su-  
perioribus con-  
ceditur.

sacramentorum, quam jure sepeliendi in ecclesia dicto nosocomio adnexa, seu adnectenda, absque ulla quartæ, et aliorum jurium parochialium, etiam si in alia ecclesia sepultura electa fuerit, præstatione, seu solutione spectet, et pertineat, ac spectare, et pertinere debeat, ac in ecclesia prædicta sanctissimum eucharistiæ sacramentum, ac sacrum oleum infirmorum servari libere, ac licite possit, et valeat concedimus, et impertimur.

Parocho inhi-  
betur sacra-  
mentorum ad-  
ministratio.

§. 4. Quapropter moderno, et pro tempore existenti parocho, seu rectori parochialis ecclesiæ prædictæ districtius inhibemus, ne in eorundem sacramentorum (excepto dumtaxat sacramento matrimonii quoad ministros, et alios inservientes prædictos, qui hac tantum ratione parocho, et parochiæ hujusmodi subsint) in dicto nosocomio administratione se ingerere, aut defunctorum sepulturæ, seu exequiis inibi faciendis interesse, ullumve pro funere, aut aliud quodlibet jus, vel emolumentum parochiale petere, et prætere, ac desuper nosocomium, aut personas, cappellanorum, vel illorum aliquem molestare audeat, seu quovis modo præsumat.

Tolluntur re-  
media juris ne  
literarum exe-  
cutio remore-  
tur.

§. 5. Decernentes easdem præsentis literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod parochus prædictus, seu alii in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, præminentia, et dignitatis, seu alias specialis, et individua mentione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causæ propter quas eadem præsentis literæ emanarint adductæ, specificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis justa, legitima, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, ac totalis læsionis, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali defectu notarij, impugnari, infringi, retractari, ad viam, seu terminos juris reduci, aut in controversiam vocari, seu adversus illas apertitionis oris, restitutionis in integrum, aliudque quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato, quempiam

in judicio, vel extra illud uti posse; sed ipsas præsentis literas, et in eis contenta hujusmodi semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter et inconvulso observari.

§. 6. Sicque et non aliter in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et deflori debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sub-  
lata, et decre-  
tum irritans.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, et in conciliis etiam universalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non parochialis ecclesiæ prædictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta novembris millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

Derogatio con-  
trariorum.

Dat. die  
25. novembris  
1790  
anno XVI.

DCCCXXIII.

Facultas provinciali, et præsidenti capituli triennalis provincie sancti Gregorii fratrum ordinis sancti Francisci de observantia in insulis Philippinis indulgendi fratribus, ut pecunias contractare, et equitare valeant.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Quoties a Nobis illud petitur, quod religioni, et Christifidelium bono convenire dignoscitur animo Nos decet libenter concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium.

Expositio precum, et ratione concessionis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Duarez frater expresse professus ordinis fratrum minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum, ac procurator generalis, et commissarius provincie sancti Gregorii ordinis predicti in insulis Philippinis, quod cum fratres ordinis, et provincie predictorum in disjunctissimis illis regionibus, tum ad sacras faciendas missiones, ac convertendos infideles, tum ad catechizandos, servandamque catholicam fidem inter innumeros neophitos Indos continenter se occupent, nisi difficillime habent, cui tamquam syndico eleemosynarum pecuniarum synodorum nuncupat. quas carissimus in Christo filius Noster Hispaniarum rex catholicus pro evangelicorum operariorum sustentatione transmittit, custodiam, et administrationem concedant; quapropter memoratus rex catholicus ad evitanda incommoda, quæ ex inde proficiscebantur, decrevit, ut deinceps nisi cuilibet illorum certa eleemosynarum hujusmodi portio detur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat aliqui ex fratribus predictis religione ducti, neglecta evangelicorum operariorum in illis regionibus inopia, aut missionariorum, et catechistarum onus non sine gravi animarum Christifidelium detrimento detrectant, aut saltem anxii sunt de instanti seraphicæ regule præcepto, quo omnis pecuniarum administratio illis prohibetur, contra vero necessitate quadam compulsi hasce eleemosynas habere, easque retinere, ac per se ipsos, vel in propriam usum, et utilitatem convertere, vel ad ecclesias pertinentes in divini cultus augmentum erogare,

vel etiam tamquam boni patres familias patrimonia neophitarum familiarum sic administrare, ut si ipsi neophitorum syndici essent, cogantur. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut quemadmodum felicis recordationis Honorius pp. III., et Urbanus pp. VIII. prædecessores Nostri pro aliis fecerunt, sic Nos in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§. 3. Nos igitur memoratorum Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum vestigia sectantes, ac fratrum hujusmodi religioni consulere, ac piis ipsius Joannis procuratoris generalis, et commissarii votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illumque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ministro provinciali dictæ provincie sancti Gregorii in insulis Philippinis, ac præsidenti triennalis capituli pro tempore existentibus, ipsi omnibus, et singulis fratribus missionariis, catechistis, seu doctrinariis, et procuratoribus predictis, prævia etiam in casibus dubiis dispensatione; ut eleemosynas predictas, aliæque ad dictos neophitos pertinentia quomodolibet contractare, ac easdem eleemosynas in suos religiosos usus, et necessitates pro illorum arbitrio, et conscientia convertere; neophitorum vero hujusmodi pecunias, et bona in illorum utilitatem pariter convertere, nec non ob difficiles, ac alpestres, ac paludosas illarum regionum vias, quia ipsi in pœnas a constitutionibus sui ordinis inflictas incurrant, equitare libere, ac licite possint, et valeant auctoritate Nostra apostolica prout ipsis juxta rerum vices in Domino opportune videbitur, concedendi, et indulgendi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus, et imperimus.

Tenor concessionis.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis predicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superiori-

Derogatio contrarium.



bus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque; et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima tertia novembris millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

## DCCCXXIV.

Act. die  
26. novembris  
1790  
anno XVI.

Reservantur nonnullæ annuæ pensiones super aliquibus ex commendis, et prioratibus militiæ de Calatrava favore collegii Salamantini ejusdem militiæ.

Carissimo in Christo filio Nostro Carolo Hispaniarum regi catholico.

Pius PP. VI.

Carissime in Christo fili Noster Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio concessio-  
nis.

§. 1. **M**ajestatis tuæ nomine Nobis nuper expositum fuit, quod cum alias el. memoriæ Carolus, dum vixit, Hispaniarum rex catholicus parens tuus, ac militiæ de Calatrava perpetuus administrator de dilectorum filiorum consilii militarium ordinum consultatione ei sub die vii februarii anni MDCCLXXXVIII. facta, quo dos alias collegio ejusdem militiæ de Calatrava civitatis Salamantini assignata in aliam ducatorum ternille monetæ Hispaniæ auferretur, ratam ducatorum quingentorum a conventu ejusdem militiæ, et aliam similem ratam a præceptoris, seu commendæ de Carrion militiæ prædictæ nunc vacanti eidem collegio quotannis pensitari. Quoad vero alia ducata duo mille annuam perpetuam pensionem super fructibus, redditibus, ac proven-

tibus duodecim prioratuum dictæ militiæ habita ratione ad illorum valorem, prioratus nempe sanctæ Mariæ de Valentia realia termille, et ducenta sexaginta septem, et quindecim maravedis: prioratus sancti Benedicti Jacensis realia termille quingenta octoginta sex, et tredecim maravedis: prioratus s. Benedicti de Poruma, realia duo mille tercenta viginti sex, et unum maravedis: prioratus s. Benedicti de Collado realia tercenta triginta septem, et viginti septem maravedis: prioratus sancti Benedicti Granatensis, et Alma realia termille ducenta septuaginta septem, et quatuor maravedis: prioratus s. Benedicti Hispalensis realia sexcenta octoginta quatuor, et quatuor maravedis: prioratus s. Benedicti Toletani realia octingenta octoginta quinque, et decem maravedis: prioratus sanctæ Mariæ Magdaleniæ oppidi, civitatis nuncupatæ Ergaviciæ realia quatuor mille trecenta duo, et viginti octo maravedis: prioratus s. Mariæ de Fueccaliente realia mille octingenta septuaginta novem: prioratus s. Mariæ de Zuqueca realia octingenta decem et septem, et viginti tria maravedis: prioratus s. Benedicti de Zorita realia tercenta quinquaginta quatuor, ac tandem prioratus de Coronada realia ducenta octoginta duo, et undecim maravedis reservare, constituere, et assignare intenderet, morte præventus consilium suum hujusmodi perficere non poterit, tu, qui ejusdem militiæ perpetuus pariter administrator existis, ac pia parentis tui vestigia persequi, suisque desideriis parere summopere intentus es, ut ejusdem collegii commodo consulas augmentum dotationis hujusmodi implere cupias, si Nostra, et hujus sanctæ Sedis tibi hisce desuper suffragetur licentia, et facultas. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica digneamur.

§. 2. Nos igitur majestatis tuæ votis, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, ac collegialium, et rectoris dicti collegii singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati eidem majestati tuæ annuas perpetuas pensiones prædictas super fructibus, redditibus, ac proven-

Tenor concessio-  
nis.

tibus præceptoriarum, seu commendæ de Carrion, ubi primum assignatio fructuum ipsius præceptoriarum, seu commendæ per alias Nostras in simili forma Brevis diei tertie octobris MDCCLXXX. facta cessaverit, ac duodecim prioratum prædictorum dictæ militiæ dum eos pro tempore vacare contigerit, quin exinde ullum præjudicium, seu damnum ordinario ærario ejusdem militiæ, circa pensionem super fructibus, et redditibus præceptoriarum, seu commendarum, dum in illarum venit possessionem, ac pariter servatis generaliter dispositis per regium decretum sub die decima sexta februarii anni MDCXXXVII. quoad onus solvendi in quolibet decennio eandem ratam, ut in ingressu, perinde ac si illam tunc obtinuisset, elapso termino, seu vita legali juxta formam apostolicarum concessionum, quæ novissime a Nobis per alias Nostras in simili forma Brevis diei undecimæ decembris MDCCLXXXII. expeditas literas confirmatae fuerunt, auctoritate Nostra apostolica reservandi, constituendi, et assignandi plenam, et ampliam facultatem eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab illis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non conventus, et militiæ prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgiis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque effi-

cacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie; ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datam Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima sexta novembris millesimo septingentesimo nonagesimo, pontificatus Nostri anno decimo sexto.

DCCCXXV.

Dat. die  
10. decembris  
1790  
anno XVI.

Instante rege catholico, erectio in novam congregationem Hispanam monachorum sancti Basilii magni cum suppressione unius provincie, et nonnullorum monasteriorum, et confirmatione statutorum, aliisque indulgiis.

Venerabili fratri Augustino  
episcopo Giennensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Pastoralis Romanorum pontificum sollicitudo in eo semper tota est, ut quidquid ad vineam Domini colendam, ad catholicæ religionis profectum, ac ad pacem, et tranquillitatem inter personas Deo propius in religione dicatas servandam, fovendamque pertinet, enixis viribus providere studeat, prout in Domino expedire cognoscitur.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici Nobis expositum fuit, quod cum plures perturbationes, et dissidia inter monachos ordinis sancti Basilii magni trium provinciarum regnorum Hispaniæ, Andalusie scilicet, Castellæ, et sancti Michaelis vulgo de Jardon novissimis temporibus exorta essent, claræ memoriæ Carolus tertius, dum vixit, Hispaniarum rex catholicus parens suus, ut plures querimonias, quæ quotidie apud

Expositio precum.

ipsum de disce monachis habebantur ; inspiceret, nonnullos ecclesiasticos dignitate, doctrina, et prudentia commendabiles deputavit, ut de hisce malis, illorumque causis, mature, ac sedulo cognoscerent. Qui cum ex eo potissimum proficisci uoverint, quod, cum dictarum provinciarum monasteria, ut plurimum rei familiaris angustia urgerentur regularis disciplina collapsa jacebat, hinc constitutum est ex omnium sententia ad pacem, et tranquillitatem, ac regularem disciplinam denno inter hosce monachos induendam duo omnino oportere, alterum nempe tres memoratas provincias monachorum ordinis prædicti, ac plurima illarum monasteria, suppressa provincia sancti Michaelis de Jardon nuncupat., ac suppressis nonnullis monasteriis, ad duas dumtaxat provincias, ac ad duodecim monasteria cum uno prioratu coarctare; alterum, a Nobis, et ab hac apostolica Sede prævia eorundem monasteriorum, et provinciarum separatione, et omnimoda exemptione a qualibet abbatis generalis ordinis prædicti jurisdictione novæ congregationis Hispanæ erectionem postulare, aliaque ad bonum esse sic noviter erigendæ congregationis Hispanæ disponere. Quamobrem cum illorum sententiam esset secutus memoratus Carolus III. rex catholicus hæc omnia Nobis reposcere haud destitit; ast dum in re tanti consilii, quid agendum, quidve decernendum foret perpendebamus, cum memoratus Carolus III. supremum suum diem defunctus sit. Carolus IV. rex catholicus parentis sui vestigiis insistens iteratis precibus de eadem re Nos urgere studuit. Postquam itaque hæc incomoda, ac illorum causas diu matureque versati sumus, tandem paucis mutatis, quæ haud opportuna fore conspeximus, ejusdem Caroli regis catholici precibus Nobis hisce desuper humiliter porrectis annuere constitimus.

Mandatur ut deleatur nomen, et denominatio provincie, retineantur vero omnia, quibus monasterium gravabatur.

§. 3. Cum itaque de tua prudentia, fide, in rebus gerendis dexteritate, ac religionis zelo plurimum in Domino confidamus, fraternitati tuæ per præsentem committimus, ut in primis nomen, denominationem, qualitatem, et statum provincie sancti Michaelis de Jardon nuncupat. ordinis prædicti, quæ ex quatuor monasteriis sancti Basilii, scilicet del Jardon Cordubense, sancti Antonii de Valle, sancti Michaelis de la Brena, et Nostræ Dominæ de Retemal Hispanensis diæcesis constitui-

tur, auctoritate Nostra apostolica supprimas, et extinguas; quoniam quidem inter dicta quatuor monasteria, duo, monasterium scilicet sancti Michaelis de la Brena, et monasterium Nostræ Dominæ de Retemal, quod ob brevem nimis illorum censum imparia sunt sustentandis duodecim monachis, ideoque in eis regularis observantia haud custodiri possit, quodque præcipue in asperrima solitudine sita sunt, diu esse nequeant, hisce propterea suppressis, ac extinctis, illorum quoque bonis, juribus, et actionibus primi quidem sancti Michaelis nempe de la Brena monasterio sancti Antonii de Valle, alterius Nostræ scilicet Dominæ de Retemal monasterio sancti Basilii del Jardon ea lege unitis, ut quodlibet illorum opera, quibus monasterium unitum gravabatur, retenta etiam separata reddituum ratione, omnino adimplere teneatur, alia duo monasteria sancti Basilii de Jardon Cordubense, et sancti Antonii de Valle Hispanense alias a Mattheo de la Fuente fundata simul cum suis monachis, bonis etiam, juribus, et actionibus quibuscumque provincie Vandalitiæ, seu Andalusie; ita tamen ut monachi horum monasteriorum ad mores, statuta, et consuetudines provincie hujusmodi, quæ eadem sunt, ac provincie Castellæ se accomodare teneantur, auctoritate prædicta unias, et adæctes, ac in perpetuum unita, et adæcta esse, et fore statuas atque decernas. Mandamus præterea, ut duo monasteria Nostræ Dominæ de Oviedo, et Nostræ Dominæ de Spe vulgo Barranco de Cazalla ad dictam provinciam Vandalitiæ spectantia, quorum redditus adeo tennes sunt, ut impar quorumlibet illorum omnino sit duodecim monachos sustentare, auctoritate, et tenore prædictis pariter suppressis, et extinguas, ac illorum monachi ad monasterium de Villanueva hujus tuæ Gienensis diæcesis transferas, illique bona, jura, et actiones ad duo dicta monasteria quomodolibet pertinentia, et spectantia unias, et incorpores: ut ex hisce redditibus aucta, exigua nimis re familiari dicti monasterii de Villanueva in eo deinceps regularis observantia in suum pristinum candorem restituatur, ac provincia Vandalitiæ ex septem constituatur monasteriis. Ad provinciam Castellæ pertinet monasterium Nostræ Dominæ Salutis nuncupat., sitamque in villa de Cuellar diæcesis Segobiensis, ex quibus redditibus sustentari nequeunt duodecim monachi, quapropter illud si-

militer suppressas, et extinguas, ac ejus monachos transferas ad monasterium Nostræ Dominæ Remediorum existens in loco de Barcina diœcesis Palentinæ illi uniendos, et incorporando bona, jura, et actiones suppressi monasterii, ut sic auctis, exiguis etiam redditibus, quibus potitur prædictum monasterium Nostræ Dominæ Remediorum possit in eo vigere observantia regularis disciplinæ. Eadem quoque de causa cum prioratus de Jesu de Bethlem nuncupat. Salamantinæ diœcesis intra fines dictæ provinciæ Castellæ non solum in deserto nimis, ac solitario loco situs sit, sed etiam extrema labore inopia, ut vix, immo ne vix quidem unus sacerdos, et unus laicus in eo vivere possit, ac pro necessaria sustentatione non raro mendicare cogantur, tibi injungimus, ut prioratum hujusmodi auctoritate, et tenore prædictis suppressas, et extinguas, cujus duobus monachis ad sua respective monasteria translatis, bona, ac redditus ad illum spectantia collegio, quod iste ordo Salamantinæ retinet, unias, et adnectes.

§. 4. Quæ cum rite, religioseque confeceris, sicque tres provinciæ monachorum ordinis prædicti ad duas dumtaxat Vandalitiæ scilicet, et Castellæ, ac omnia monasteria ejusdem ordinis in Hispaniarum regnis nunc existentia terunt ad duodecim dumtaxat monasteria, et unam prioratam contracta, quorum septem nempe Hispanense, Cordubense, Granateense, Posados, Villanueva, de Jardon, et sancti Antonii de Valle provinciam Vandalitiæ, alia vero quinque Matriti, scilicet, de Alcalà, de Haures, Salamantinum, Vallisoletanum, et Bancecni, et prioratus sanctissimi Crucifixi vulgo Koraillos provinciam Castellæ respective constituant. Volumus atque auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, ut tam duas memoratas provincias Vandalitiæ, et Castellæ, tum omnia illarum monasteria dicti ordinis sancti Basilii magni in Hispaniarum regnis consistentia, cum etiam quoslibet monachos, ac personas omnes ad illa pertinentes a subjectione, jurisdictione, correctione, obedientia, et visitatione abbatis generalis ordinis prædicti auctoritate Nostræ apostolica perpetuo eximas, et liberares, eaque in futurum exempta, et libera esse, et fore decernas; quæ quidem provinciæ, ac monasteria, sic a corpore ordinis separata, et exempta in novam congregationem Hispaniam monachorum or-

dinis sancti Basilii magni nuncupat. eadem auctoritate, et tenore prædictis eximimus, et liberamus, atque respective instituimus, et erigimus.

§. 5. Ut autem hæc nova Hispania congregatio suos habeat superiores, qui in futurum illam provide regant, et gubernent, et quorum monita monachi parere, et obedire, illorumque jurisdictioni, correctioni, et visitationi subesse teneantur, harum serie statuimus, ut ea in posterum a vicario generali nationali, qui prorsus exemptus, et independens sit ab abbate generali ordinis prædicti, a quatuor definitivis generalibus, a duobus scilicet cujusque provinciæ, a secretario, et a priori generali in capitulo generali, quarto quoque anno habendo eligendis servata inter dictas duas provincias quoad officia hujusmodi alternativa, regatur, atque administratur.

§. 6. Quocirca tibi injungimus, ut quam primum capitulum generale ejusdem sic erectæ congregationis Hispaniæ ordinis prædicti in illud monasterium, quod ad id magis idoneum tibi videbitur, auctoritate prædicta indicas, et cogas, teque in capitulo hujusmodi præsentem cum jure suffragii in omnibus, et singulis in eo pertractandis negotiis, et auctoritate, abisque facultatibus, jurisdictione, honoribus, et oneribus similibus presidentibus solitis, et consuetis auctoritate, et tenore prædictis constituimus, et deputamus, et quoniam ex prædicto nimio magistrorum numero grave crearetur incommodum rei domesticæ dietarum provinciarum, si juxta ordinis prædicti statuta omnes illuc convenirent, propterea in hoc primo capitulo, ut tres dumtaxat provinciales triam nunc existentium provinciarum Vandalitiæ scilicet, Castellæ, et Jardon, omnes monasteriorum abbates, ac duo magistri cujusque provinciæ, qui, nulla habita distinctione inter magistros cathedræ, et ad titulum prædicationis professione seniores erunt, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus, jus suffragii in capitulo prædictum habeant, mandamus. Ad præcavenda porro omnia partium studia, ac dissidia, quæ, si in eodem primo capitulo generali arbitrium eligendi ad officia prædicta permissum esset facile exoriri, Nos perspectam habentes tibi a Domino datam prudentiam, ad eadem iniqua hac prima vice eos monachos, qui tum propter illorum merita apud eundem Carolum regem catholicum commen-

Nominatio superiorum, et distributio jurisdictionis.

Committitur electio novi monasterii, et presidentis eum suis facultatibus.

Præcipitur, ut nova erectio peragatur cum suis respective legibus.

dabiles sint, cum propter illorum religionis zelum, et regularis disciplinae custodiam tales sint, ut non solum omnia habeant requisita, de quibus infra, sed etiam, ut merito sperari possit fore, ut congregatio hujusmodi sub illorum gubernio, et administratione incrementum, ac commodum suscipiet nominandi, et deputandi ita ut, sic a te deputati, ac nominati superiores omnibus, et singulis juribus, prerogativis, auctoritate, et jurisdictione illis quomodolibet competentibus uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et debeant, illisque omnes monachi ordinis, et congregationis praedictorum obedire, ac parere, ac illorum salubria monita, ac mandata suscipere, et efficaciter adimplere teneantur, ac alium quoque monachum a secretis actuum, qui omnibus praecedentibus sessionibus, ac actibus capitularibus intersit, eligendi plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore praedictis tribuimus, et impertimur. Haec quidem sunt, quae in actu erectionis istius novae Hispaniae congregationis ordinis sancti Basilii magni erant decernenda, plura nunc sunt statuenda, ex quibus bono ejusdem congregationis in aevum prospiciatur. Cum itaque eo praecipue institutum ordinis praedicti spectet, ut sui monachi divini cultus augmentum impense studeant, ac choro assidue intersint, idque consequi facile possit, si numerus privilegiatorum, et exemptorum ultra nimius sit, hinc, cum in singulis dictis provinciis octo numerentur magistri de numero ad titulum cathedrae, duo vero ad titulum praedicationis.

De magistris erigendis, et eorum distributione.

§. 7. Volumus, ut sex primo vacatura magisteria ad titulum cathedrae, ac magisteria ad titulum praedicationis cujusque provinciae supprimantur, et extinguantur, eaque idcirco ex nunc, prout ex tunc per cessum, vel decessum illa obtinentium vacabunt, suppressa, et extincta esse, et fore, sed imposterum duo dumtaxat magisteria ad titulum cathedrae, et unum tamen praedicatorum generalem de numero in singulis provinciis cum honoribus, et prerogativis, de quibus infra, futura esse auctoritate praedicta decernas, atque declares. In quarto quoque anno capitula generalia hujus congregationis deinceps erunt habenda, quorum praesides cum auctoritate, et jurisdictione similibus praesidentibus competere solitis, et consuetis, et cum jure suffragii in omnibus electionibus, aliisque capitularibus actis

erit semper episcopus, vel in ejus defectum suus vicarius generalis, vel alia persona ab episcopo deleganda ad id idonea dioecesis intra cujus limites consistet monasterium, in quo coactum erit capitulum generale hujusmodi; si autem sedes episcopalis vacans sit, tunc munus praesidentis hujusmodi vicarius capitularis, vel in ejus locum persona ab eo subdeleganda cum iisdem facultatibus geret. In hisce capitulis suffragium ferent, et vocales perpetui erunt vicarius generalis, quatuor definitores generales, omnes abbates locales, duo magistri generales de numero, et praedicator generalis de numero cujusque provinciae.

§. 8. In proximo autem futuro capitulo generali vicarius generalis, et quatuor definitores, ut praefertur, a te electi, quatenus illi intersint, ac in futuris vicarius generalis, et definitores tantum, qui a suis officiis, seu muneribus exeunt jus suffragii habebunt; quod si unus, aut plures ex abbatibus localibus de tempore capituli erunt legitime praepediti, quominus in eo convenire possint, aut vacantes sint, tunc communitas regularis capitulariter congregata ad formam ordinis praedicti constitutionum unum aliquem delegabit monachum necessariis requisitis polleantem, qui ejusdem communitatis nomine capitulo generali intersit. Interim vero, et dum numerus magistrorum generalium, ut praefertur, erit imminutus, ac officium praedicatoris generalis de numero suum suscipiet exordium, in capitulis generalibus jus suffragii habebunt duo magistri de numero cujusque provinciae, qui professione seniores erunt, nulla facta distinctione inter magistros cathedrae, et ad titulum praedicationis, ita tamen ut etiam caetera monachi, qui vocem activam, in capitulis generalibus, et provincialibus habebunt, quique in provinciam deputari poterant, quatenus infra praescribenda requisita habeant, ad munera, etiam generalitiam eligi possint.

De vicario generali, et definitores eligendis.

§. 9. Capitula porro generalia deinceps post primum sic erunt habenda: feria quinta immediate praecedenti diem festum Pentecostes capitulares, seu vocales aedem, seu domum capitularem ingredientur, quocirca quarta, seu quinta hora post meridiem majus tintinnabulum, seu campana ejusdem domus pulsabitur, ita ut nemini prius liceat ad eandem domum intrare, quo desuper neque vicarius generalis dispensare poterit,

De capitulo generali, et modo procedendi in eo.

cui tantum, suoque a secretis generali in eandem domum capitularem antehac, prout opportunum erit, se inferre, permissum erit. Vocalibus prohibitum pariter erit, partem domus a vicario generali habitatam vulgo Corte, quatenus inibi capitula non celebrentur, petere, nisi iustis de causis vicarius generalis cum suo definitorio id permittat, quod quidem dimisso capitulo generali exequi eis licebit. Feria sexta proxime sequenti in aulam capitularem convenient vocales, ad qualitatem tribuendam capitularibus suffragiis, illaque legitima juxta methodum usque adhuc in capitulis generalibus, et provincialibus dicti ordinis servatam. Die sabbathi sequenti postquam solemniter ritu sacrum votivum Sancti Spiritus factum fuerit, capitulares aulam capitularem adhibunt, comitantibus ad ingressum usque dictæ aulæ omnibus monachis ejusdem monasterii, ubi iterum implorato divini Spiritus præsidio, ac facta exhortatione a statutis dicti ordinis præscripta, novus vicarius generalis eligetur, quo facto, omnes supplicantes, et canentes hymnum *Te Deum laudamus*, conferrent se ad ecclesiam, ubi tum a vocalibus cum a monachis de familia commorantibus in monasterio, ubi capitulum celebratur, debitam obedientiam vicario generali præstabunt; dein capitulares iisdem comitantibus monachis redibunt rursus ad aulam capitularem, ut reliquum mane, et vespere methodo infra describenda in aliis faciendis electionibus consument. Die vero solemniter Pentecostes aliud sacrum, cui vocales, et monachi conventuales prædicti intererunt pro gratiarum actione felicitis exitus capituli, pro Romani pontificis, et regis catholici sanitate, ac prospero suorum subditorum gubernio solemniter peragetur; quapropter etiam statuta ab ecclesia orationes ad id cogentur. Quod si noviter in vicarium generalem designatus absens fuerit, tunc capitulum suas sessiones, ac electiones, quæ vel ab ambabus provinciis separatim, vel a toto capitulo erunt faciendæ, usque in sui exitum continuabit. Interest tamen quammaxime, ut citius quo fieri poterit, hæc sui electio noviter electo significetur, ut statim in domum, seu monasterium capitulare ipse conveniat, ac munus hujusmodi præsentem toto capitulo ineat; si autem id fieri commode non licebit, tunc absoluto capitulo generali in domo, seu monasterio capitulari quatuor definitores, et a secretis generalis

recens electi se tenebant usque dum vicarius generalis adventabit, qui ab eis ad ecclesiam cum interessentia communitatis canentes hymnum *Te Deum laudamus* ad præstandam consuetam obedientiam docetur, ut summam capiat munus, seu officium. Capitali vero generalis præses pro tempore, ut præfertur, existens pro sua prudentia, et arbitrio reputabit, utrum opportunum, et necessarium sit, an non, aliquem illustrem ecclesiasticum delegare; qui huic actui intersit: interim tamen a secretis generalis hæc omnia in amplam authenticam formam exarabit.

§. 10. Requisita autem, quæ ad capessendum vicarii generalis munus omnino erunt necessaria, hæc sunt; ut ipse annum quinquagesimum ætatis, et vigesimum quartum professionis expleverit, ut magister de numero, et prædicator generalis de numero existat; ut munere abbatis monasterialis per integram triennium non indubia sui ingenii, ac regularis disciplinæ studii testimonia præbens functus sit: utque demum, vel inter vocales, vel inter eos monachos, qui dum vivant, suffragii passivi competes sunt, numerentur. Lectores jubilati tum actuales, tum pro tempore existentes, ac prædicatores majores jubilati, ut infra, licet jus ferendi suffragii in capitulis generalibus non habeant, nihilominus quatenus memoratis polleant requisitis, quoad scilicet ætatem, professionem, atque abbatiale gubernium, tum in vicarium generalem, tum ad alia officia generalitatis perpetuis futuris temporibus cooptari poterunt. Scrutatores autem nati, quoad electiones in capitulis generalibus peragendas erunt vicarius generalis, et duo definitores senior scilicet professione cujusque provinciæ, ac similiter ex unaquaque provincia abbas antiquior professione, ita tamen ut ab eis juramentum in forma validum in manibus præsentis, vel sui delegati desilendo secreto præstetur.

§. 11. Ad devitanda incommoda, quæ facile oriri possent, si ex suffragiorum schedulis vocalium manus cognoscerentur; erunt propterea schedulæ hujusmodi typis cudendæ cum nominibus monachorum ad munera generalitatis eligibilium in quarum parte adversa a secretis generalis, qui in posterum capituli actuaris erit, suam rubricam conscribet, diligenter cavens, ne schedulam aliquam non signatam tradat. Ut vocales in ferendis suffragiis prorsus liberi sint, neque capi-

De requisitis necessariis pro assequendo munere vicarii generalis.

De libertate suffragiorum.

tulorum generalium pro tempore presidentibus, neque vicariis generalibus fis erit, certas personas ad munera offerre quod pariter cautum, præscriptumque erit in cæteris electionibus extra capitulum in monasteriis præter electionem prioris, ut infra, faciendis. Methodus usque adhuc ad formam statutorum, seu constitutionum dicti ordinis in suis capitulis generalibus, et provincialibus rejeta eadem quoque erit, semper imposterum servanda in electione vicarii generalis, et definitorum generalium, adeo ut si in primo scrutinio nulla facta sit canonica electio illico transeundum erit ad secundum scrutinium; quod si pariter electio peracta non fuerit, ad tertium progredietur, in quo de iis tantum quatuor monachis suscipiendum erit scrutinium, quibus major vocalium pars in secundo scrutinio suffragata est, ac in æqualitate suffragiorum professione seniores præferentur: si autem neque in hoc tertio scrutinio facta fuerit, quarta vice erunt inienda suffragia de iis tantum dumtaxat duobus monachis, qui ex quatuor monachis in antecedenti scrutinio majora tulerunt suffragia, quæ si æqualia erunt semper professione senior alterum vincet: quo confecto quarto scrutinio ille in vicarium generalem canonice erit electus, ac publicetur cui major vocalium pars suffragata est; si vero æqualia sint suffragia habeatur pro legitimo electo professione antiquior.

§. 12. Quæ quidem methodus in aliis quoque canonicis electionibus tum in capitulo, tum extra illud faciendis semper erit retinenda: præstita obedientia vicario generali, ac ad aulam capitularem regressis vocalibus, ut præfertur, cum plurimi intersit, ut electores cujuslibet ex monachis, qui ad regimen congregationis prædictæ vocati erunt, vitæ rationem; ac merita perspecta habeant, sic propterea quatuor definitorum generalium, duorum scilicet in singulam provinciam erit instituenda electio, quæ quidem ab ea erit incipienda provincia, in qua vicarius generalis fuerit nuper electus, egressis siquidem ab aula capitulari vocalibus, alterius provinciæ præses capituli dumtaxat, vicarius generalis, et vocalis provinciæ, cujus duo definitores sunt eligendi, suffragium in hac electione ferrent, qua peracta, ac pariter egressis ab aula capitulari istius provinciæ vocalibus, alterius provinciæ vocales cum presidente capituli, et vicario generali suos similiter definitores

res seligent, qua etiam electione facta, omnibus omnino vocalibus præsentibus, quatuor sic electi definitores summi inient officium. Ut autem unus aliquis monachus in definitorem eligi possit, necessarium omnino erit, ut quadragesimum quintum ætatis, et decimum octavum professionis annum expleverit, vel sit ex abbatibus, vel ex quatuor magistris generalibus de numero, vel ex duobus prædicatoribus generalibus de numero, aut ex magistris de numero, aut certe ex iis monachis, qui durante eorum vita jus alieni suffragii ad munera generalitia habent, aut ex lectoribus jubilatis, aut prædicatoribus majoribus jubilatis, qui ad id semper capaces erunt. In vespere sabbathi pentecostes iterum omnes vocales ad eligendum a secretis generalem juxta majorem suffragiorum numerum convenient, et inter suffragiorum æqualitatem ille erit electus, qui professionis antiquitate cæteros præstabit, servata tamen semper inter provincias statuta alternativa, ita tamen ut a secretis generalis non ejusdem sit provinciæ, ac erit vicarius generalis. Ad consequendum officium a secretis generalis hujusmodi ii tantum idonei reputabuntur, qui quadragesimum ætatis, et decimum octavum professionis annum exegerint, quique saltem inter lectores, seu prædicatores majores numerentur; noverint tamen ii, qui imposterum hoc munere fungentur, cæterique omnes, qui ad aliquod gerendum officium vocati erunt, illius administrationem eis prodesse nequaquam posse ad consequendam jubilationem in suo cujusque studio, sed defuncto munere hujusmodi cuique illorum, ut jubilationem acquirat, ad sibi destinatum pensum reverti necessarium esse.

§. 13. Facta electione a secretis generalis statim in ejusdem diei vespere omnes capitulares ad deputandum procuratorem generalem, servata semper provincialium alternativa convenient, isque erit electus, qui plura tulerit suffragia, quæ si inter duos aut plures æqualia erunt, professione senior munus prædictum obtinebit: nemo tamen hoc munus assequi poterit, nisi qui ætatem quinquaginta annorum exegerit, quique saltem inter lectores jubilatos, aut prædicatores majores jubilatos, ut infra enumeretur; procuratoris generalis officium erit vicarii generalis jussa facere. Vicarius generalis semper primum locum tenebit, et in sessionibus capitularibus post eum assident definitores generales ex ordine

De methodo  
servanda in  
electionibus.

De deputatione procuratoris generalis, et de ordine servando inter superiores ordines.

professionis, deinde vicarius generalis, qui munus deponit, cæterique ex-vicarii generales, qui aliis ex causis jus habent suffragii, abbates locales pro illorum antianitate, magistri generales de numero, servato pariter eodem antianitatis ordine, prædicatores generales de numero, ac tandem a secretis generalis. Extra capitulum generale, salvo semper primatu vicario generali debito, abbates locales definitioribus generalibus præbunt, tenentes primum locum post vicarium generalem, si inibi adesset: ac in actis conventualibus a secretis generalis assidet immediate post prædicatorem generalem de numero ejusque provinciæ, et post a secretis generalis procurator generalis. Inter monachos porro, qui iisdem funguntur officiis, una præcedendi methodus in ambabus provinciis omnino servanda erit semper sola antianitas professionis, nulla habita ratione ad gradus, quibus unus præ alio honestatus existat: ita tamen ut nihil innovatum sit quoad eos, qui juxta ordinis prædicti statuta officiorum intuitu, quæ ab eis gesta fuere nunc præminentibus subselliis fruuntur, ipsi quippe, quoad vixerint, in quasi possessione hujusmodi erunt manutenendi, et quoniam difficile admodum est, ut primum capitulum generale in præstatuta die celebretur, propterea ut futuris temporibus supra disposita religiose custodiantur quadriennium gerendæ administrationis officiorum ab iis, qui a te, ut præfertur, erunt hac prima vice deputati, a prima dominica diei pentecostes immediate sequenti celebrationi capituli generalis prædicti, non a die illorum electionis erit computandum. Si durante primo biennio contingat, vicarium generalem supremum suum diem obire, definitior generalis senior ejusdem provinciæ vicarii generalis congregationis, sigilla recipiet, ipseque interim eandem congregationem administrabit.

De definitorio generali iudicando.

§. 14. Ac sine mora definitorium generale indicet, adeo ut intra trimestre proxime decurrendum, vel citius, si licebit, novus vicarius generalis dictæ provinciæ, a qua erat defunctus a definitioribus generalibus, et a duobus magistris de numero, qui dum res ita ferunt, quavis rejecta distinctione cathedræ, et ad titulum prædicationis seniores erunt, eligetur: quibus tamen vocalibus jus tantum erit suffragium ferendi, ad officium vero hujusmodi etiamsi aliqua de causa absint, eligi nunquam poterunt. Interim, et donec

magisteria, ut præfertur, imminuta fuerint, si duo magistri seniores cujusque provinciæ, vel alter illorum definitores generales existant, vel aliqua de causa præpediti sint, vel actu abbates monasterii, in quo non esset facienda electio, pariter existant, eodem prorsus modo magister, seu duo magistri immediati, ac facta memorata reductione, lector, seu lectores jubilati, quibus ob suam antianitatem spectabit, electioni intererunt: celebrata missa divini Spiritus, ac implorato divino præsidio in actu suscipiendi electionem hujusmodi definitior generalis præsidens, ac definitior senior alterius provinciæ, ac magister senior, seu lector jubilatus senior utriusque provinciæ juxta diversos supra descriptos eventus scrutatorum vices in hac electione gerent: vicarius vero generalis sic electus usque ad proximum futurum capitulum generale cum omni auctoritate, jurisdictione, honoribus, et oneribus perinde ac si in capitulo generali deputatus fuisset, congregationem administrabit. Si autem post biennium moriatur vicarius generalis, definitior generalis senioris ejusdem provinciæ defuncti vicarii generalis munus erit, retentis apud se sigillis ad congregationis gubernaculum usque ad proximum futurum capitulum generale sedere. Defuncto porro uno, aut altero ex definitioribus generalibus inter quadriennium prædictum vicarius generalis quam citissime definitorium generale coget, cui duo magistri ejusdem provinciæ defuncti definitioris, et a qua novus est seligendus, qui jus habent ferendi suffragium in capitulis generalibus intererunt. Ipsi vero, aut altero ipsorum aliunde distentis, prout supra sancitum est, dum de subrogando novo vicario generali actum fuit, magister, seu magistri immediati, vel lector, seu lectores jubilati seniores ejusdem dictæ provinciæ simul cum vicario generali, cæterisque definitioribus novum definitorem usque ad proximum futurum capitulum generale in locum defuncti sufficient, quin magistri, aut lectores hujusmodi ad hoc officium eligi possint; sicut pariter tum ab hoc, tum a munere vicarii generalis semper a secretis generalis repellitur: si intra quadriennium de vita migraverint a secretis generalis, aut procurator generalis; tunc vicarius generalis cum quatuor definitioribus successorem usque ad dictum capitulum generale ex eadem provincia, qua erat defunctus ex majori suffragio-



rum numero deputabunt, quæ si erunt æqualia, senior professione ad munus accedet; et quoniam istius vitæ claustralis fundamentum, et basis est humilitas, nihil propterea magis regulari disciplinæ prodesse poterit, quam si superiores postquam suis muneribus perfuncti sunt, in pristinum statum restituantur.

De renovatio-  
ne nominatio-  
num.

§. 15. Itaque vicarius generalis post suam administrationem, et gubernium, neque denuo ad munus hujusmodi, neque in definitorem generalem, aut abbatem alicujus monasterii nisi post sexennium eligi poterit. Sic pariter definitores generales, quos, et si in vicarios generales eligere licebit, quatenus ipsi præscripta requisita habeant, tamen aut iterum ad idem gerendum officium, aut ad monasteria, ut abbates gubernanda, nequaquam deputari poterunt, nisi post sexennium, dimisso capitulo generali, confectisque omnibus eo durante gerendis munus erit vicarii generalis monasteriorum suæ congregationis semel tamen tantum intra suum quadriennium personalem visitationem suscipere: ubi autem ex aliqua iusta causa alicujus monasterii visitationem repetere opus sit, vicarius generalis novum aliquem monachum sacerdotem ejusdem provinciæ, intra cujus septa fuerit hoc monasterium, qui actu abbas non sit alienus monasterii, qui que omnibus polleat conditionibus ad obtinendum vicariatam generalem requisitis deputabit, ut secundam hanc visitationem peragat, eique alium monachum ejusdem pariter provinciæ omnes habentem ad secretariatam generalem præscriptas qualitates adjuget, ut munus a secretis visitationis hujusmodi peragat. Monasteriorum abbates a suis cujusque monasterii capitulis conventualibus imposterum fient, ita ut quomodocumque officium hujusmodi deinceps vacabit, juxta formam jam præscriptam erit usque facienda canonica electio. Hi porro abbates per triennium dumtaxat suo fungentur officio, quo confecto altiora munera, vicariatam nempe generalem, et definitorem generalem, ubi cæteroque ad id idonei existant, non autem alias abbatias, nisi integro elapso quadriennio, obtinere poterunt. Quod quidem abbatibus officium iis, qui illud administrarunt, nequaquam proderit, ut si nondum jubilacionem lectoris, seu prædicatoris majoris adepti sunt, illam consequi valeant, sed ut eam sibi comparent ad derelicta studia se

referre coguntur; ut quispiam in abbatem constitui possit hæc omnino requiratur: ut nimirum ætatem agat quadriginta annorum, et ab annis octodecim regularem professionem emiserit, per quatuor vel integros annos, aut cathedram theologiæ in collegiis dicti ordinis exercuerit, aut prædicatoris majoris munere per sex annos functus sit; ita tamen ut modo, et donec in abbatibus provinciis plures sint, qui hæc habeant requisita, nil innovatum censeatur quoad eos, qui licet dictis qualitatibus præditi non sunt, tamen ad abbatias obtinendas habilitati alias fuerunt. Quantum porro ad studiorum collegia, in quibus oportet eos, qui præerunt, ob virtutum ac scientiarum merita in summa laude esse, non modo omnia prædicta requisita in iis postulatur, sed etiam officium regentis studiorum gerere teneantur, necessum omnino erit, ut sint magistri de numero, aut lectores jubilati. In electionibus autem abbatum, cæterisque negotiis a capitulis conventualibus cujuslibet monasterii definiendis, ii tantum jus utriusque suffragii habebunt, qui jam trigesimum ætatis suæ annum expleverint, ac ad sacrum presbyteratus ordinem sint promoti: monasteriorum porro abbates duobus mensibus antequam tempus illorum officii exactum sit, id vicario generali omnino significant, ut et si ipse omnium abbatum dictæ congregationis confirmator natus existat, attamen si in eo monasteria non degat, quo sumptui parcatur cuiuspiam monacho sacerdoti ex vicinioribus monasteriis ejusdem provinciæ, qui actu abbas non sit, sed omnia tamen habeat adjuncta, quæ requiruntur, ad consequendum vicariatam generalem, committat, ut tamquam confirmator electioni hujusmodi sine tamen jure suffragii præsit, qui vix pandita hac sua commissione in omnibus capitularibus actibus primus sedebit, et usque dum novus abbas suum capiat munus. Cui quidem confirmatori vicarius generalis alterum monachum ex vicinioribus monasteriis ejusdem provinciæ, qui omnia necessaria, ut eligi possit in a secretis generalem habeat, a secretis constituet sine tamen voto nec activo nec passivo. Quod si aliqua de causa protrahatur confirmatoris deputatio, abbas etiam exacto suo triennio administrationem monasterii in duos menses peraget, quibus elapsis ipso jure vacans erit abbatia, immo si intra duos menses hujusmodi confirmator in monasterium ad-

venerit, illico sui officii administratio cessabit, ut inde electio vacantis abbatiae fiet.

De electione  
abbatis in di-  
versa artium  
studia.

§. 16. Cum autem interdum contingere possit, ex abbatum electionibus communitatum in diversa partium studia scindi, ac propterea suam pacem, et tranquillitatem perturbari, ubi id ex certis testimoniis vicario generali, suoque defensorio constabit, quae etiam testimonia si opus fuerit publicari poterunt, tunc ipse cum suo defensorio ea vice dumtaxat eo prorsus modo, quo communitas huiusmodi solet, illum in novum abbatem constituent, quem bono spirituali, et temporali ipsius communitatis utilem futurum fore pro illorum prudentia arbitrabuntur officium prioris cujusque monasterii officium est summæ sollicitudinis, quippe quia abbate absente, vel infirmo ipsius officia, et munia exequi tenetur, ad monasterii gubernium suscipit, eaque propter a regula ordinis praedicti cautum, praescriptumque est, ut prior eligatur cum iudicio abbatis, ejusque approbatione, caeterorumque monachorum, qui ad hoc sufficiunt; ut itaque huic statutorum dispositioni obsecundetur imposterum priores monasteriorum ab abbate, a quatuor suis consiliariis, a magistro de numero seniori, a praedicatori generali de numero, a lectore jubilato seniori, quatenus hi in dicto monasterio commorentur, et a lectore casuum moralium nominabuntur per pluralitatem suffragiorum, quod si monasterium erit studiorum collegium, tunc abbas, simul cum omnibus lectoribus a magistro studentium, dummodo tamen, et sacerdos, et major triginta annis existat, huius monasterii priorem deputabit. Haec autem electio sic erit peragenda. Abbas, ejusque monasterii vocalibus praedictis quatuor monachos, qui quadragesimum aetatis, et quartumdecimum professionis annum expleverint, ac inter praedicatores, et confessores numerentur, dummodo tamen saltem per sex annos, ex praelatorum deputatione, et cum Christifidelium profectu ad excipiendas sacramentales confessiones assidui, et diligentes fuerint, regularisque sint vitae offeret, ut ex eis tantum unum, aut alterum ad officium huiusmodi seligent, qui per integrum sexennium officio praedicto religiose, ac laudabiliter functus fuerit a presidente capituli generalis, et a vocalibus suae provinciae ad consequendum abbatibus munus, non autem officia ge-

neralitia habitare poterit. Exploratum est in regularibus ordinibus magni momenti esse novitiorum institutio: ex ea quippe regularis disciplina, ac illorum utilitas quammaxime pendere videtur.

§. 17. Itaque ob monasteriorum, et monachorum utriusque provinciae congregationis praedictae paucitatem in singulam provinciam una tamen erit novitiorum domus, seu monasterium in proximo futuro capitulo generali mature, ac prudenter ab illius praesidente de consilio vicarii generalis, ac defensorum generalium cujusque respective provinciae, auditis etiam vocalibus ejusdem provinciae designandum. Qua semel constituta haud fas erit illam immutare, nisi urgentissimis de causis, ac in capitulis generalibus, et de consensu pro tempore existentis illius praesidentis: ita tamen ut haec servanda dumtaxat sint quoad eos qui deinceps ab ipso capitulo generali ad habitum admittentur, non autem, quoad eos, qui juxta praecedentia statuta in novitios recepti sunt.

De domibus  
novitiorum.

§. 18. Curandum summo opere erit, ut monasteriorum huiusmodi abbates sicut in primis integre vitae, prudentes, regularis disciplinae studiosi, ac novitiorum in via Domini progressus quammaxime cupidi, prout decet iis, qui domui praesent ad instituendam juventutem constituta: caveant tamen ipsi, ne quidquam, vel minimum de novitiorum regimine disponant inconsulto illorum magistro, cui sarta tectae servantur omnes facultates illi a statutis dicti ordinis attributae. In capitulo generali magistri novitiorum pluribus suffragiis legentur, a praesidente scilicet ejusdem capituli, a vicario generali, et a duobus defensoribus generalibus, aliisque vocalibus cujusque provinciae, si plures aequalia tulerint suffragia, senior professione erit electus: oportet omnino, ut qui ad hoc arduum munus vocatur, quadragesimum aetatis annum compleverit, aliisque sit praeditus adjunctis, quae necessaria omnino esse in abbatibus statutum est, praecipue vero, ut spiritum discretionis, gloriae Dei aestu, doctrina, ac prudentia praestet: cui non solum illaesus servatur locus illi a statutis dicti ordinis assignatus, sed etiam illi conceditur qualitas consilarii nati durante officio huiusmodi in monasterio, in quo illud exercet. Insuper, ut magistro, novitiorum utriusque provinciae ob summi officium specialis honor habeatur, si illo sedulo, ac dili-

De integritate  
vitae, et me-  
rum servanda  
ab abbatibus.

genter per integrum quadriennium functus fuerit a capitulo generali iterum munus hujusmodi ei concedi poterit, immo in subsequenti capitulo, ubi usque ad illius celebrationem officium hujusmodi teneat, jus suffragii habebit; sicque etiam in sequentibus, donec in eodem permanserit officio; capitulo siquidem generali pro suo arbitrio, et prudentia facultas erit semper illum in munere hujusmodi confirmare. Si autem per obitum, aut aliter quomolibet officium prædictum ante celebrationem capitulo generali vacaverit, munus erit vicarii generalis simul cum suo definitorio alterum monachum prævia de illius qualitatibus exacta cognitione; sufficere, qui tamen nisi usque ad proximum futurum capitulum generale officium hujusmodi administrabit, ubi ab eodem capitulo ad illud denuo non eligatur.

De admittendis ad habitum, et professionem.

§. 19. Interest quammaxime, ut ad habitum, ac professionem emittendam in congregatione, et ordine prædictis, nisi hi admittantur, qui vere ad hoc perfectionis vitæ institutum divini spiritus afflatu vocati sunt; propterea, cum sicut accepimus alias fel. rec. Clemens pp. VIII. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die xix martii MDCIII. expeditas literas voluerit, novitios ad habitum ordinis prædicti non recipi, nisi prius, vel a congregatione reformationis dicti ordinis tunc deputata, vel ab ordinariis locorum, aut ab illis in quorum diocesis monasteria novitiatus essent approbarentur; cumque insuper apostolicæ literæ hujusmodi, sicut asseritur, bis in anno publice in coenaculo legantur, hinc constituimus, ut posthac nemo ad habitum ordinis, et congregationis prædictorum recipiatur, et ad professionem admittatur, quin prius pro monasterio novitiatus provinciæ Vandalitiæ archiepiscopi pro tempore existentis Hispalensis, seu ipso aliis negotiis distento, vicarii sui generalis, et sede Hispalensi vacante, vicarii capitularis legitime deputati, et pro monasterio provinciæ Castellæ archiepiscopi Toletani pro tempore existentis, vel sui vicarii, vel vicarii capitularis, ut supra iudicium, et approbatio accedat, quorum manus erit de candidatorum vocatione, illorumque qualitatibus diligenter inquirere, perpendendumque ab eis erit num vires congregationis id sinant, ne nimio monachorum numero versus erumpant incommoda, quibus modo remedium afferre optatur, præ-

Bull. Rom. Tom. VIII.

ter memoratorum archiepiscoporum iudicium juxta suos casus, vicarii etiam generalis pro tempore existentis, et capituli monasterii, in quo postulantes prædicti erunt ad religionem, ac pietatem instituendi, consensus erit necessarius; sciant hi omnes Deo districtam reddituri rationem, nisi vocationem, ac qualitates postulantium sedulo expendant; quamobrem quisquis in monachum cooptari desiderat per integrum mensem in habitu sæculari omnibus omnino communitatis, ac regularis disciplinæ actibus interesse, intererit, ut magis magisque suam vocationem periclitetur.

§. 20. Nemo imposterum habitu regulari hujusmodi recipiatur, nisi decimum septimum ætatis suæ annum omnino expleverit, sublata quacumque hisce desuper etiam capitulo generali dispensandi facultate. Exacto tyrocinii, et probationis anno novitii ad formam Tridentini concilii ad regularem professionem admittentur, quæ emissa etiam per annum in eadem domo commorabuntur, ut sub illorum magistri disciplina linguam latinam perfecte discant; quo expleto erunt studiorum collegio assignandi, ut inibi studiis operam navare possint, servatis in omnibus apostolicis ordinis prædicti constitutionibus, et statutis, præcipue vero memorati Clementis prædecessoris Nostri, quæ incipit = *Cum ad regularem disciplinam* = Cum ei rerum usu constet, quid quid esset in antea actis temporibus, et dum hæc monasteria fundata fuere stabiles ad filiationes monachorum alicui monasterio hand utile esse, præsertim vero si monasteria sint in civitatibus, ac frequentioribus pagis erecta, hinc, nihil innovato quoad filiationes, quas monachi in præsentiarum in monasteriis proviciarum Andalitiæ, et Castellæ gaudent, ut filiationum hujusmodi usus in dicta congregatione penitus extinguatur, imposterum, et ab ipsa primi proximi capituli generalis celebratione nullus novitius cum voluntaria, ac determinata filiatione habitum suscipiet: sed prudenti, ac discreto vicarii generalis, et definitorum cujusque provinciæ arbitrio permissum erit cuique monacho in actu suæ professionis monasterium, in quo expletis duobus novitiatus annis, aut exacto in collegio studiorum studio de familia commoretur assignare.

§. 21. Potestas pariter plena erit vicario generali, et duobus definitoriis cujusque provinciæ monachos de

De ætate eligendorum.

De translatione monachorum.

uno ad aliud monasterium transferendi durante capitulo generali, auditis vocabulis suæ cujusque provinciæ, vel ante capitulum id soadentibus justis, ac rationabilibus causis, quibus desuper illorum conscientia onerata erit; ut religionis ejusque alumnorum bono dumtaxat prospiciatur. In duobus tamen monasteriis sancti Basilii de Jardon, et sancti Antonii del Valle, quæ, ut præfertur, adjungenda sunt provinciæ Andalutiæ, quæque sita sunt in summis solitudinibus, stabiles ad filiationes tuentur, itaut novitiis in actu suæ professionis, aut receptionis fas erit uni, aut alteri se adfiliari: hæ autem adfiliationes non adeo sic stabiles existimandæ erunt, quin interdum vicario generali, auditis duobus definitivis generalibus ejus provinciæ liceat hosce quoque monachos, si aliqui sint inquieti, et pacis perturbatores, ad alia monasteria ejusdem provinciæ in omne opportunum, ac sibi benevisum tempus transferre. Quæ forent incommoda, ubi ii, qui ex instituto sacramentales Christi-fidelium confessiones excipere, ac fidelem populum concionando, et cathelicizando instruere tenentur, in sacram literarum ignorantia versarentur, nemo non videt. Oportet itaque, ut domus studiorum constituatur, ac cum parvus monachorum numerus non ferat plura esse in qualibet provincia studiorum collegia, ut modo est, propterea imposterum unum dumtaxat erit collegium in singulam provinciam a te proximi futuri capituli generalis, ut præfertur, præside, apostolica auctoritate deputato de eligendi vicarii generalis, et capitularium, ejusque ex dictis provinciis sententia designandum.

De numero  
lectorum, eo-  
rumque nu-  
mero.

§. 22. In unoquoque collegio erunt quinque lectores prævio tamen examine, et approbatione statutis dicti ordinis præscriptis deputandi, et quorum vitæ institutum spern afferat, non solum scientias, sed etiam virtutes suos discipulos docturos. Horum unus per integrum triennium philosophiam docebit, omnes omnino evitans inutiles opiniones, ac eas amplectens sententias, quæ communiores sunt, quæque ad sacram theologiam magis conducibiles videbuntur; quapropter in proximo primo futuro capitulo generali ab illius præside de aliorum omnium capitularium consilio auctor, seu auctores designabuntur, quorum sententiis in utriusque provinciæ collegiis suffragandam erit. In ultimo anno, seu alio aptiori tempore, prout huic lectori vi-

debitur, suos discipulos ad rethoricam Moysii de Granada instituat, ipseque præter hæc alia quoque a statutis dicti ordinis præscripta implere tenebitur, ut suum obtineat gradum. Duo vero erunt lectores theologiæ scholasticæ in quolibet collegio, quartus sacram scripturam exponet: omnes pariter nova fugientes ss. patrum traditiones, et doctrinam, præsertim vero s. Thomæ Aquinatis in rebus thologicis, ac in scripturalibus sequentur, unde sui discipuli semper in hujus s. doctoris sententiam ire curent. Sub pœna privationis officii lectoris: duo lectores theologiæ scholasticæ summam sancti Thomæ inter se partientur, illamque exponent, ac ita agent, ut suos discipulos angelici doctoris sermoni, ac verbis, ut fieri potest, se conformare assuescant, ac in primo anno loca theologica probe noscant. Lector autem s. Scripturæ præ oculis habeat, quæ a Tridentino synodo ad elata nimis ingenia cohibenda statuta fuerunt, quo circa in primo capitulo generali illius præside de capitularium sententia auctorem, seu auctores indicabit, ex quorum sensu erit sacra scriptura exponenda. Tandem in quolibet collegio statuatur pariter lector theologiæ moralis, qui illam doceat juxta auctorem aperte Thomistam, quem in proximo capitulo generali illius præside, auditis capitularibus, præscripserit, ex cujus præscriptis in omnibus monasteriis congregationis prædictæ morales colloca-tiones erunt habendæ, ac manachi examinandi omnes lectores. Literarias domesticas exercitationes agent, ac etiam in singulos annos theses exponant a collegialibus defendendas, contra quas etiam aliorum ordinum alumnos, ut in more positum est, arguere fas erit; ne autem facile nimis literariæ exercitationes, ac studia in collegiis interrumpantur, vicarius generalis, et duo definitores cujusque provinciæ unum aliquem monachum in quolibet collegio designabunt, qui suorum studiorum cursum laudabiliter emensus fuerit, ac inter candidatos ad lecturam numeretur, quique christianis virtutibus, ac scientiis apprime edoctus sit, itant cæteros instruere, ac studentium magister dici possit, ut absente, vel infirmo aliquo lectore illius vices in omnibus gerat; quæ dumtaxat durante absentia, seu infirmitate, ipse omnibus exemptionibus fruatur, quæ illi essent debita, si revera lector existeret.

De actibus  
communibus,  
et horarum di-  
tributione.

§. 23. In monasteriis, quæ in studiorum collegia erunt erecta, acta communitalis, ac horarum ita distribuentur, ut studentes commode sibi inuncta onera adimplere valeant; quamobrem ne regularis disciplina vel minime perturbetur, quidquid a statutis dicti ordinis de oratione mentali, de horis canonicis, aliisque monasticis exercitiis, præscribitur, omnino erit servandum; qua vero hora habenda sit schola, quæve tenenda sit methodus inter lectores in docendo, ac in literariis, tum domesticis, tum publicis exercitationibus, manus vicarii generalis erit simul cum duobus definitoribus cujusque provincie, auditis prius collegiorum abbatibus, et lectoribus præscribere, ita tamen ut quantum fieri potest utraque collegia inter se consentiant.

De cathedris  
dignioribus  
conferendis.

§. 24. Omnes cathedræ, seu lecturæ in utraque provincia, nisi prævio per oppositionem examine dignioribus erunt conferendæ, nemo unam, aut alteram ex hisce cathedris, seu lectoris postulare, vel ad eas admitti poterit quin prius per tres annos philosophiæ, et rethoricæ, ut præfertur, per quatuor annos theologiæ scholasticæ, per integrum annum expositioni sacræ Scripturæ, ac saltem per duos annos theologiæ moralis sedulam ipsum navasse operam certis constet testimoniis vicarii generalis, duorum definitorum generalium de numero, qui nunc erunt seniores sine ulla distinctione cathedræ, et ad titulum prædicationis erit de ac super exercitationibus iudicium ferre. Quod si seniores hujusmodi acta abbates existent, proximiores in antianitate ei sufficientur; impleta vero magistrorum immutatione, iisque ad duos tantum redactis, si alter eorum, aut utriusque actu essent abbates, tum subrogentur duo lectores jubilati seniores, qui eadem de causa impediti non sint. Duo etiam respondententes lectores jubilati seniores, dummodo non sint abbates, in quorum locum tunc antianitate proximiores erunt suffecti, ac abbas monasterii, in quo examen habebitur, in hoc iudicio suffragium ferrent, ita tamen, ut vocales prædicti præter vicarium generalem ad eam provinciam pertineant, in qua hoc examen suscipitur. In hisce actibus, seu examiniibus præterea, quæ nunc innovata sunt cætera omnia a statutis dicti ordinis præscripta erunt religiose custodienda. Liber tamen ad seligendam quæstionem non a candidatis, seu ab his, qui volunt examinari, sed ipsis

*Bull. Rom. Tom. VIII.*

dumtaxat præsentibus, vel a vicario generali, vel ab eo, qui huic examini præerit, in posterum aperietur, cui actui saltem duo ex vocalibus intulerunt. In promotione vero, seu ascensu ab una ad alias cathedras, quod ab eisdem statutis præscribitur, erit omnino retinendum. Vicarius generalis hoc examen in eo monasterio indicet, in quo major vocalium pars commoratur, quo peracto in habenda sessione, cui intererunt duo definitores generales, duo magistri de numero, seu lectores subrogati de eorum consilio cathedras eis conferet, qui in examine idonei iudicati fuerunt, quique propter illorum regularis vitæ rationem, ac mores non solum ad scientias, sed etiam ad christianas virtutes edocendas aptiores reputabuntur, eis datus opportunum titulum, seu diploma. Si autem interdum contingat vicarium generalem aliis negociis distentum ab interessendo huic examini prohiberi, tunc ipse in illius præsentem definitorem seniore provincie, in qua est examen suscipiendum, ac priorem, seu unum ex consiliariis monasterii prædicti in a secretis respective constituet; absente vero, vel infirmo deficiente seniore alter definitor huic actui præerit, qui simul cum præstitutis vocalibus pluribus suffragiis lectores eliget, quæ si paria sint, seniores professione erunt in lectores renuntiandi, post hæc omnia acta vicario generali erunt mittenda, ut electis congruas literas patentes concedat, ac eorum originalia in archivium reponi curet. Lectores jam jubilati, dum præsentem Nostræ literæ erunt publicatæ jus habebunt ad magisteria generalia de numero juxta illorum professionis antianitatem. Ut autem futuri lectores jubilationem cum jure ad magisteria consequi valeant, illud omnino postulatur, ut scilicet philosophiam cum rethorica, ut præfertur, per tres annos, summam s. Thomæ Aquinatis per novem annos, theologiam expositivam per annum, et theologiam moralem per duos annos docuerint. Actualibus vero lectoribus tempus proderit, quod in suo munere collocarunt si recens præstitutæ methodo ab illius publicatione se conformaverint, ac præscriptos quindecim annos in munere hujusmodi impleverint.

§. 25. Nam tum ipsi, tum futuri lectores ea erunt obstricti lege, ut de expositis rebus actus, et theses, aliasque teneantur conditiones a statutis dicti ordinis præscriptas, eaque propter

De legibus  
lectoribus im-  
pleandis.

quotannis ab abbate, et consiliariis collegii de recte perfunctio munere suo testimonium reportare curabunt. Juxta hujus instituti formam aliqui monachi semper in Jesu Christi evangelii prædicatione, sua studia impenderint. Ut igitur tam sanctum, tamque pium munus concione; ac apte, ut maxime fieri potest, ab iis administraretur, necessarium, atque opportunum reputatur aliquam præstatuere studiorum methodum, qua facilius utiles ministros Dei se præbere valeant. Ad obtinendum itaque prædicatoris titulum absque peculiaris monasterii assignatione, opus omnino erit, ut, qui hunc gradum postulat in collegio per tres annos philosophiæ cum rethorica Aloisii de Granada, per quatuor annos theologiæ scholasticæ, per unum expositivæ, ac saltem per duos theologiæ moralis sedulam navaverit operam, suaque vitæ ratio apprime regularis comprobetur. Hi vero, qui patentales literas, seu titulum prædicatoris adepti sunt, in quibus ea præcisa erit apponenda conditio, ut scilicet juxta dispositionem Tridentinæ synodi in cap. ult. sess. V. antequam in ecclesiis ordinis, et congregationis prædictæ prædicare possint, personaliter se coram episcopo præsentare, et ab eo benedictionem; in ecclesiis vero, quæ ordidit, et congregationis prædictæ non sunt, etiam licentiam postulare teneantur, quæ in scriptis suis superioribus exhibenda erunt, priusquam ad tam sanctum ministerium accedant; immo etiam quatenus rerum adjuncta id exigant, parochis ea proferre non renueant, ubi in memoratis studiis progressum fecerint, in prædicatorum majores monasteriorum cooptari poterunt; quæ quidem cooptatio simul cum assignatione monasterii a presidente capituli generalis, a vicario generali, et a duobus defensoribus generalibus, aliisque vocalibus cujusque provincie pluribus suffragiis erit peragenda: ac paribus existentibus suffragiis, senior professione semper erit electus.

§. 26. Qui porro per quindecim solidos annos religiose, ac utiliter munere prædicatoris majoris perfuncti erunt, ac tempore quadragesimæ, adventus, et missionum, quæ habeantur in suorū monasteriorum ecclesiis sedulo sacramentales confessiones exceperint, titulum, seu patentales literas prædicatoris majoris jubilati consequentur, dummodo tamen prius ex abbatis monasterii, et consiliariorum testimonio

quotannis postulando, ipsos sui officio hujusmodi plenissime satisfacisse, et saltem per duodecim vices in singulos dictorum quindecim annos prædicasse cathechesim in concionum exordio Christifidelibus indubie exponendo, constet; soli prædicatores jubilati, lectori casuum conscientiæ, seu sacre Scripturæ, ut infra, ad prædicationis generalis munus, quod erigitur in quolibet provincia jus habebunt, ita ut manus hujusmodi inciant professione seniores præscriptis qualitatibus pollentes. Ad statutorum, et constitutionum dicti ordinis præscriptum erunt in quolibet monasterio designandi confessores, qui tum probitate vitæ, tum doctrina commendabiles sint, quique prævio diligenti examine, tam difficile ministerium a vicario generali, quæcumque humana affectione postposita idonei renuntiati fuerint, ac Deo ipse erit rationem redditurus, si iis monachis audiendi sacramentales confessiones licentiam impertiatur, de quorum vitæ probitate, moribus, ac doctrina diligenter non inquisiverit. Quo autem de illorum doctrina caveatur, qui ad tam sanctum, et ac difficile ministerium vocantur, nemini deinceps confessoris titulus, seu patentales literæ dabuntur, qui in collegio eundem studiorum curriculum iis, qui renuntiandi sunt prædicatores circumscriptum cum progressu, bonisque moribus non emensus fuerit. Ad audiendas vero confessiones sæcularium nemo accedat nisi prius juxta præscriptum a Tridentina synodo in sess. xxiii. cap. xv. de reform. ab episcopo, aut aliis locorum ordinariis requisitam licentiam, aut facultatem obtinuerit; nullus vero nisi post expletum quadragesimum ætatis suæ annum mulierum etiam sanctimonialium confessiones excipere præsumat. Cum ex rerum usu constet plures obtenta audiendi confessiones licentia, theologiæ moralis studio quasi vale dicere, singulis propterea annis ab examinatore a vicario generali designandis, in quorum numero erit semper lector, vel casuum conscientiæ, vel sacre Scripturæ in quolibet monasterio ex statutis commemorandis monachorum doctrina expendenda erit, a quo examine post præsentium Nostrarum literarum publicationem, nemo, nisi qui abbas extitit, vacare poterit; visitator quoque generalis dum visitationem peragat, duobus præscriptis monachis ab eo deputandis, novum instituet exam-

De sacris le-  
ctionibus illi  
singulis hebdomadas ha-  
bendis.

§. 27. A lectore casuum conscientiae, seu sacrae Scripturae semel in singulas hebdomadas habebitur lectio, seu collocutio, cui omnes omnino monachi, nullo excepto, intererunt, ac in hac palestra mutuo super re, de qua erit collocutio, moderate, ac prudenter se exercebunt statuendo singulis hebdomadis res, de quibus in proxima hebdomada sit disserendum, respondentem schedulam ingressu conaculi apponendo. Cum munus hujus lectoris magni sit momenti, quod in eo tum actualium confessionum, tum eorum, qui ad hoc officium contendunt, instructio posita sit, nemo ad illud gerendum vocetur, nisi qui in collegio tanto tempore studiis vacaverit aequae ac in praedicatoribus, ac confessoribus praescribitur. Is in capitalibus generalibus ab illorum presidente, a vicario generali, a vocalibus cujusque provinciae pluribus suffragiis nominabitur, in quorum paritate senior professione semper praestabit: interdictumque perpetuo erit hanc electionem vicario generali, suoque definitorio committere. Qui porro per integrum sexennium hoc munere sedulo, ac religiose functus erit, quatenus praescriptam aetatem quadraginta annorum exegerit ad abbatias suae provinciae, non autem ad officia generalia consequenda capax erit. Si per quindecim solidos annos illud gesserit, erit jubilatus, et juxta suam professionis antiquitatem cum praedicatoribus majoribus fruatur praedicatione generali de numero: in utroque casu tamen requiretur, ut per annua abbatis, et consiliariorum monasterii, in quo commoratus est, testimonia probet plenissime suo munere perfunctum esse. Si vero intra quadriennium, quod ab uno ad aliud capitalium affluit, praedicator major, seu lector casuum conscientiae diem suum extremum morte conficiat, a vicario generali, et a duobus definitoribus provinciae defuncti alius in ejus locum interim sufficietur; qui ceteroquin omnibus requisitis adjunctis praeditus sit: quod si deputationem hujusmodi in capitulo generali confirmari contingat, ubi ipse omnibus interesse habentibus in eodem capitulo generali abbatis, et consiliariorum monasterii testimonium de bene gesto officio hujusmodi afferat, tempus quo durante dictum officium veluti subrogatus exercuit, illi ad consequendam jubilationem proderit. Quod autem spectat ad magistrorum generalium de numero praedicatorum generalium de

numero laureatorum, et professorum celeberrimarum universitatum regionum Hispaniarum, lectorum jubilatorem, et actualium praedicatorum majorum monasteriorum, aliorumque privilegiatarum personarum exemptiones et privilegia, quacumque de causa, aut titulo id eis concessa sint, non obstante quacumque contraria consuetudine, id religiose retinendum erit, quod a constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac praesertim a constitutione fel. rec. Clementis pp. VIII. praedecessoris Nostri sub die xx. martii MDCL. quae incipit *Nallas omnino* emanata hisce desuper disponitur, quae quidem Clementina constitutio in exitu cujuscumque capituli generalis, et quotannis in quolibet monasterio, in prima dominica quadragesimae, et actu capituli conventualis praevio pulsu campanae erit legenda.

§. 28. Post haec plura atque plura in proximo futuro capitulo generali ipsius congregationis recto, atque bono regimine erant definienda. In primis siquidem constituetur monasterium, in quo vicarius generalis pro tempore cum suo definitorio residet, et in quo capitula generalia futuris temporibus cogentur, ac num utriusque provinciae tranquillitati congruat alternatim in suis monasteriis ea celebrare; praefinienda pariter erunt, quae vicarius generalis vel inconsultis suis definitoribus, vel de eorum tantum consilio, vel cum illorum suffragio definire poterit. Praeterea cum in eodem capitulo, ut praefertur, designata sint collegia studiorum utriusque provinciae, hinc videntur etiam, atque etiam, et considerandum habita illorum reddituum ratione, quomodo caetera monasteria illorum exhibitioni conferre teneantur, et cum eo spectant omnia haec consilia, et dispositiones, ut scilicet regularis observantia ad suum pristinum candorem in utraque provincia restituatur, cujus ex praecipuis fundamentis, in quibus totam vitae monasticae, et claustralis aedificium nititur, est vita communis, nihil magis propterea intentatum liquendum erit, quam omnes proponere vias, quae opportuniore, ac aptiores fore videbuntur, ut juxta dicti ordinis statuta illa de novo in consuetudinem revocetur. Abusus quoque, qui non sine gravi dicti ordinis incommodo forsitan irrepserunt, diligenter, penitusque cognoscere oportet, ut eis opportunum adhibeatur remedium, declarando, qui stans, quae

De definiendis  
in capitulo generali.

que legitime consuetudines, nec non solatia, ac jura, quæ monachis prædictis ad sacramentum canonum, et apostolicarum constitutionum præscriptum competere quomodolibet possunt, vel poterunt in futurum. Tandem tum in proximo, tum in futuris capitulis generalibus de iis omnibus agendum erit, quæ bono, rectoque ipsius congregationis regimini, ac gubernio accommodata, quæque ad propellenda opposita per quam opportuna fore conspiciuntur.

